



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USALE

2188

b/16/11 81/121

fa
21880

DE VIRTVTIBVS

INFIDELIUM AD MENTEM
P. AUGUSTINI.

REFLEXIO VINDEX

Pro Eminentiss. Cardinali Henrico de Noris
Ordinis Eremitarum S. P. N.

Augustini.
Cap. 27. num. 15.

AUTHORE

R. P. M. Fr. PETRO MANSO
Augustiniano, apud Salmantenses Sacrae
Theologie Doctore, & post alias Cathedra
Sancti Thomae Moderatore, Sacri Augustiniani
Conventus Salmantini Priore, ac Provincia
Castella Diffinitore, neccnon pro
Provincia in Comitijs

Generalibus Roma
De la Liberi celebratis. Quel Coll. R. de

Salam. vela comp. deeth
SALMANTICÆ: editio tertiæ

Ex Officina Francisci Garcia Osorato
& San Miguel, Typographi ejusdem
Civitatis. Anno 1721.

CENSURA R. P. M. FR. E M M A N U E L I S
Sanz, Augustiniani, apud Salmantenses Sacrae
Theologiae Doctoris, Philosophiae Cathedrae
Moderatoris jam emeriti, & pro
alijs obtinendis strenui Con-
certatoris.

Superioris nostri R.P.M.Fr. Eugenij Aguado, meritissimi
Prioris Provincialis Provin-
ciz Castellæ Augustiniensium, urge-
atur præcepto, ut *Reflectionem vindi-
dicem pro Eminentissimo Henrico
de Noris S. R. Ecclesie Cardinale
probato recenseamus. Vindicavit qua
pollet eruditione, & acuminio R.P.
M. Fr. Petrus Manso, apud Salman-
tenses Doct. Theologus, ac S.Thos-
mas Moderator Cathedra. Et licet in
Lyceo literario utraque manu pro-
dextera utatur Sapientient. Mag. nec
litum adhuc melle exemit gladium,
sed unicè defensionis clypeum oppot-
hit, ne vicim lacerendo, malum redi-
dat pro malo ; neque dum veritas
defenditur, charitas ipsa minuatur.*

Primas sapientiae laboribus re-
petitis obtinere debuit Doct. Nola.



Genes. cap.
35.

Nazianz.orat.
31.

Zach. cap.2.

Nazianz.orat.
14.

tot utilitati Ecclesiae, ac profectui Sapientum, evulgatis voluminibus, sed non secundas modestiae, & Religionis profundissima humilitatis partes, ipsius obtinet minimum opus hocce. Ob difficultatem partus periclitari capit. Dixitque ei obstetrix: noli timere, quia O bunc habebis Filium: vocavit nomen Filij sui Benoni, id est Filius doloris mei. Pater vero appellavit eum Beniamin, id est Filius dextra. Dolore lauacio altè persensit Augustiniana Mater Filij sui omnigena sapientia purpuram vermiculatam, traduci theta nigerrimo, coque fædriago. Quid ni! Nec enim quidquam est materno affectu mollius. Et maxime Filij, cuius qui tangit honoratissimam purpuram, tangit pupillam oculi mei; ut sua faciat Augustiensium Mater verba Domini apud Zachariam: Qui enim testigerit vos, tangit pupillam oculi vestris.

Cruentam vestem propositam, quasi Filij sui carnem esculabatur: eadem scilicet re, O dolorum suum

incendens, O mitigans. Incendens enim proposita, quia Segnius irritant animos demissa per aures, Quam, que sunt oculis subjecta fidelibus.

Tandem mitigans, cum ut leniat, minorem urget præcepto. Sapiensissimum Filium, ut Frarris sui semen suscitet, honorem scilicet, ac numquam perituram gloriam. Ob difficultatem partus periclitari capit, qui necdum scientiam, sed modestiam à Mag. P. Augustino didicit, cuius præclara verba identidem reponerbat: Ega me longè esse sentio ab illa perfectione, de qua scriptum est: si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Timuit offendere, qui irrogatam offensam vindicare debuit, & maxime lacescens. Enim vero obedientia obstetricante salutari, in spem bonam erostus, nidicam impulsus: Dixit ei obstetrix noli timere, quia O bunc habebis Filium. Quem igitur Rachelis formosissimæ Augustinensis intitulit dolor concepit, ipsum

Horatius in
Art. Poet.

P. Augustin.
præfat.ad lib.
Retract.



Minerva edidit, poperitque Filius.
Vocavit nomen Filii sui Benoni,
ideoſt Filius doloris mei. Hoc no-
men Reflexionis vindicis, inter
secundissimos partus & cerebro
Magistri nostri procreatꝝ. Si mo-
lem attendas, exiguum reperies:
ſi partum, natu minimam: aſt emi-
net in minimis, magnum claudit
in exiguo Doctor sapiens. Ejus
opera recenſe:

*Invenies illic positos ex ordine
fratres,*

*Quos Radium cunctos evigi-
lavit idem.*

Genes. cap.
43.

Primogenitus iuxta primogenita-
ſua, & minimus iuxta atatem
ſuam. Inter omnes verò Benia-
min nuncupandum natu minimum,
merito ratus foret Pater ejus, vel
eo ſolum, quia Beniamin adoles-
centulus in mentis excessu. Aut
maxime tandem, quippe Beniamin
præ omnibus in dextera collocan-
dus, cum Filius interpretetur dext-
er. Dexterioris utique Authoris
est ſoetus, fed manus, manus est
dextera Majoris Fratris Norisij

Ovid. Triſſ.

Genes. cap.
43.

Psalm. 67.

Eminentissimi. Hanc ſibi & Ec-
clesia Purpuræ, luffeturam vindi-
cem, præfago ſpiritu haud du-
bie, nec falſo coniūcere videatur
Eminentissimus, dum ſuperstes ad-
huc indolem, ingenij acumen Doc-
toris nostri, tunc juuenis, miris
laudibus auguratur. Hanc ipsam
delegit ſibi inter fratres ſuos, &
nominis numquam Norisij perituri
monumentum erexit. Vocavitque
titulum nomine ſuo, & appella-
tur Manus Absalon, & que ad
banc diem. Futuris perpetuis tem-
poribus appellabitur, eritque Ma-
nus Porpurati Nostri M. P. N.
Augustini vindicis, noster vindex.
Igitur jussus mori Eminentissimus
Hericus, muuare debuit, qua
morti proximus Maximus Hiero-
nymus dixit. Edixit etenim: Gau-
dium babeo magnum, & conſola-
tionem præfumo de Misericordia
Dei, quod mirabilem Virum, &
multæ scientiæ, & bonitatis Au-
gustinum Hippoñensem Episcopum
poſt me relinquo. Hieronymo Ma-
ximo ſuccedit Hippoñensis Au-

z. Reg. cap.
18.

Apud Euseb.
de mort. B.
Hieronym.



gofemus, Henrico Eminentissimo
Salmanticensis Augustinianus, mag-
nus semper creda pro Noris.
Inde merito judeo, typis
mandatum opusculum illud, cu-
jus omnia coherentia Catholica
Fidei, nec bonis moribus discrc-
pantia. Sic sentio. Salvo, &c.
In Conventu S. P. N. Augustini
Salmantino, Die 30. Maij. Anno
1721.

Mag. Fr. Emmanuel Sanz.

CENSURA SS. P. MAGISTRI Fr.
Petri Montero, Sacri Ordinis S. Basilij Magni
Monachorum Parentis, sui Collegij Salmant-
icensis olim Abbatis meritissimi, & Provincie
Castella Diffinitoris, apud Salmantenses Sacra
Theologia Doctoris, & Philosophiae Pro-
fessoris, pro reliquis Universitatis
Cathedris strenue decer-
tantis, &c.

JUSSU Illustr. D. D. Silvestri Gar-
cia de Escalona, Episcopi
Salmantensis, Regis Catho-
lici à Consilijs, &c. Tractatum,
quem ut luci donet pro justa
Eminent. Cardinalis Henrici de
Noris defensione, prælo parat SS.
ac RR. P. M. Fr. Petrus Manso,
Augustinianus, in Salmantina Aca-
demia Theologiae Doctor, ac post
alias nunc Cathedrae S. Thomæ me-
ritissimus Moderator, magna anti-
mi attentione evolvi, & editcen-
di magis cupidini, quam censio-
riam extendendi virgulam inhians;
in ejus lectione avidè cunctatus,
reperi volumen, & si non vasta
molis, at numerosa, & recondita

su-



Supellectili Augustiniana gravidum
refertissimumque. Quippe præter
cruditionem variam, ordinatissi-
mam in scilicet methodum, si-
delitatem in referendo acumen
in refellendo adversantia tela, dex-
teritatem incontorquendo spicula
in Cardinalem directa, (quod to-
tum apologistis exactissimum mu-
sus) & quod magis mirere, con-
cissam subtilitatem summa adjunc-
ta claritate; non sine stupore consi-
picio, actum videri, Sapientissimi
M. Solertia, de re tot ac indiso-
lubiles excitante controversiarum
tricas. Nupirum certamen duplex,
quod olim recidivum, as icera-
to à malèferiatis hominibus è pul-
vere oblivionis per vacuius crec-
sum, nunc jam, quantum animo
suspici possim, plenè extinguen-
dum.

At quodnam certamen in hoc
opere geritur? Quanam tricarum,
sive controversiarum seges? Quod-
nam brayum? Cito dico, Augus-
tinus cum Augustino est contentio
pro mente s. Doctoris, ut bravio-

acci-

acienda. Mirum! Sed ita res ha-
bet: Ergo primum certamen est
Augustini Sanctissimi Ecclesiaz Doc-
toris cum Augustino larvato: Au-
gustini, inquam, veri cum Augus-
tino evanido. Intendebant olim pes-
simi homines, suos errores obte-
gendi gratia, suas in partes Au-
gustinum adducere: querunt ite-
rū Novatores in ipso suffragium,
imo suarum damnatarum thesiā
Ducem, ac Patronum constituunt.
En spectrum evanidum, en horri-
bilem larvam: profectò dun isti
saum contantur Augustinum face-
re, jam ipsa Ecclesiaz columna in
fabulosum Atlantem transit, jam
Augustinus verus incipit esse fal-
sus; ita ut his Plagiarijs Augustini
doctrinam furantibus, & pver-
tentibus, idem posset aptare, quod
in alium regerebat Martialis:

*Quem recitas, meus est, o Fi-
dentine, libellus:*

*Sed male cum recitas, incipit
esse tuus.*

Sed jam Ecclesia verum Augusti-
num à falso discrevit, omne suffu-
gium

Lib. i. Epi-
gram. 39.



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USALES

gium ad ipsum sectarijs interdic-
cens. Et cum ejus doctrinam tu-
tam, ac Catholicam decernit, illum
quo se protegere Novatores cu-
ravit, larvam, & spectrum decla-
rat. At acris certamen repetitur;
vociferant novitatum amatores ple-
rasque ex suis damnatis thesibus
asserta Augustiniana esse: subinfe-
runt ergo phantatici, ponentes te-
bras lucem, & lucem tenebras, &
verum Augustinum proscribi, &
falsum absolvī, si sua theses diro-
feriuntur anathemate. O impru-
dentissimum scelus! proheffrænes
languas, non tam fræno cohiben-
das, quam absuendas flamus!
Sed contra torrentem niteris, No-
vator; quot enim certamina ins-
taurare cupis, ab Augustino pa-
gocinium petens, tot ei pro vera
doctrina diademata imponis. Con-
sule Emin. Card. Norisium, multi-
plici eruditione evincentem sui
præexcelsi Parentis dogmata longè
dissita à Novatorum commentis;
intra doctrinæ suæ copia ostend-
denter, totum esse yez Ecclesiæ

Augustinum, nullumque symbolum
in malignantium concilium addu-
cere. Hoc postremò demonstrat
SS. M. Manso, suis acutissimis lu-
cubrationibus, publica luce fruen-
tibus. Unus, & alter, ita æqua-
lance, trutinaque expensa, ut vi-
deatur rem ad opatum finem per-
ducere, & vero Augustino statuere
bravium.

Sed adeo immaniter varians
ingenia hominum, ut non defue-
rit superrimus scriptor, qui nollens,
aut non valens sensa Emin. Card. per-
callere, ipsum Norisium pro suo
Parente sic laborantem, reum no-
vitatum faciat, ipsis Bajanis, Jau-
senistis, Quesnellistis adnumeret,
consocietque. En certamen alte-
rum Norisij cum Norisio; Notisij
Anti-novatoris cum Norisio nova-
toribus associato. Pupugit illicè
honor purputati Principis, haud
leviter Iæsus, piissimam Matrem,
augustam Augustini familiam, qua
pro contumelia illata maximo sau-
cia dolore, SS. Manso prescribit,
ut purpuratum filium ab objectis



erminationibus vindicet & probe
enim sciebat fore tantum Magistri
trum apologistis Officium cum
laetissime expleturum: nec, seculis
spes, ut hocce testatur opus.

3. Reg. 3.

Contendabant coram Sapientia
sissimo Salomone duas Mulieres su-
per infantulo vivo; cujusnam nemo
pe censendus esset vetus, ac legi-
cimus filius: ut vero Salomon of-
ficiam latebrosa quæstionis nubecu-
lari sapientia sua sole pelleret, di-
vidit, inquit, infantem vivum in
duas partes, & date dimidiam par-
tem uni, & dimidiam partem al-
teri, ac statim, commota sunt visi-
cara vere Matris super filio suo,
oratque flebiliter, ne dividatur In-
fans: sed falsa Mater contentiosè
divisionem expostulat. Hinc Salo-
mon veritatem edocet, non occidat,
proculit, infans, sed detus
Mulieri, vitam ejus tam enixè pe-
nitenti. Novum planè, ac stupen-
dium judicium; aliud equidem mi-
randum adambrans. Semel, bis
ac tertio Tribunal subire cogitur,
non modo infans, sed Ecclesia

C.

Catholicae purpuratus Princeps
Hectorius de Noris in suo præcla-
rissimo opere. Litem acriter agunt
Mates; alia rogat ut servetur in-
columis Princeps, altera, ut divi-
datur infans: Illa que rogabat, ut
puer servaretur (inquit ejus Pater)
Ecclesiae Catholice typum gerebat;
illa alia crudelis, & impia bare-
sim designabat. Sed vicit tandem
pietas, superavit veritas: cecidit
calumnia, convicta est falsitas: sus-
prium enim illud Tribunal, ve-
luti divinus OEdipus, obscurum
solvit enigma, palam decetnens
Norisum rotum esse veræ Matri
Ecclesiae, nullamque patrem ejus
tribuendam malignantium congrega-
tioni.

Nihilominus actum agit ite-
rat Antenorius, pluta, nec levia
in purpuratum Cardinalem effu-
tiens, & ficta pietate, dum altera
manu caput Cardinalis detulceret,
altera pugno maxillam ferit. Flet
afficta Mater, Augustiniana fami-
lia Eminent. filij iteratum infortu-
nium. Sed en tibi filium alterum,

pue

Aug. Seria.
200 de Tem-
pore.



pugilem pro Norisio strenuissi-
mum, Matrem sic alloquenterem:

Mater, si quid ego adjuto
curamè levasso.
Quæ nunc te coquit. O versa!
sub pectore fixa,
Ecquid erit pretij?

Cicer. præfat.
ad lib. de se-
nectute.

At pia Mater non aliud (repo-
nit) nisi me tibi gratissimam præ-
bere: & illicò SS. M. Mano totis
viribus in hanc incumbit operam,
brevissimoque dierum soatio trac-
tatum hunc conficit, ubi album
calculum addens, asserta Norisiana
ab omni objecti criminis nota vin-
dicit; nullamque adhuc minimam,
hujus filij Ecclesię concedit Nova-
toribus partem, sed illum inte-
grum, vivum, ac gloriiosorem Ma-
tri suæ reddit.

Nec miranda nostri Authoris
in ferendo tali suffragio mira, &
ingeniosa celeritas, quippe qui acer
ingenio (ut de Parente suo affir-
mat Prosper) suavis, O man-
sus eloquio in quotidianis disputa-

Prosp. lib. 3.
de Vita con-
templat. cap.
34.

tionibus clarus, in questionibus ab-
solvendis acutus, sed præcipue in
evolvendis Augustinianis, ac No-
risianis scriptis assiduus, protinus
ac objectas criminationes vidit,
statim propulsando vicit. Plene
causam Norisianam perorat, nul-
lum iota, nullum apicem in No-
risio, & Antenorisio præteriens;
omnia acutè perpendit, omnia
perspicacissimo obtutu perlustrat:
& tandem (ut longissime absit ab
illa aorasia: à Tertuliano ol servau-
ta, nimurum: Cæcitatibus dux spe-
cies facile concurrunt, ut qui non
vident quæ sunt, videre videan-
tur quæ non sunt) prospiciens in
Norisio quæ sunt, illum excusat,
defendit, & vindicat ab ijs, quæ
in ipso non sunt. Nec tamen con-
tumelias, convicia, criminationes-
vè reponit; quod non minima
ipsius laus, cum de re apologeti-
ca agitur. Imo potius cognomi-
ni, genio, ingenioque suo consu-
lens, stomacho languido pruden-
tissimè providet, dum omnia
quæ in Norisio conjuncta, & apo-

Apolog. c2-
pit. 9.



lire adunata; escz mentis sunt
rebusissimz minutam incidit,
sicque Mansa proponit agroto, ut
quz sine horrore, difficulte nau-
sea deglutiri non poterant, jam
jam delicatulo arrideant palato, &
haud difficultè concoui valeant.
Prodeat ergo in lucem liber, qui
nihil absconum sanx doctrinæ con-
tinet, sed omnia menti Augustini
valde conformia. Sici judico. In
hoc S. P. Basiliij Maghi Salman-
ticensi Collegio, nomis Junij,
anno 1724.

Mag. Fr. Petrus Montoro

GENSURA RR: P. MAGISTRI
Fr. Johannis de Arevalo, Sancti Ordinis
Candidi, & Canonici Præmonstratensis,
Congregationis Hispaniae quondam Diffi-
citoris, in Magno S. Norberti Matritensi
Conventu Abbatis meritissimi, nunc
Salmantini Collegij dignissimi
Abbatis, & Recto-
ris, &c.

REgij, ac Supremi Castellæ Senatus,
jussu, vidi, & diligentè pervolvi
Librum, cujus inscriptio: Da Vic-
toria nobis tutibus infidelium ad mentem P.
August. Reflexio Vindex pro Cardinali Nerisio,
Authore Reverendissimo, ac Sapientissimo
P. M. Fr. Petro Manso, Ordinis Eremita-
rum S. P. N. Aug. hujus almæ Salmantinæ
Universitatis Doctore Theologo, & post
alias, Cathedræ Divi Thomæ dignissimo
Moderatore, &c. Vidi, inquam, Tractatum
istum, mole exiguum, virtute magnum, &

ideò in summa perfectione constitutum? Verba sunt P. N. Aug. In his, quæ non mole, sed virtute magna sunt, idem est majus esse, ac perfectius esse. Unde statim venit in mente illud Casiodori lib. i. Variar. Epist. 12. Quod enim de priori senserimus premio, secundæ dignitatis declaramus augmentum. Priorum Authoris Tomum: Aug. Vindex præcepto ejusdem supræmi Senatus approbavi; communis illius plausus significat istum, qui alia censura non eget, dum ipse clamet esse prioris Fratrem. Investigavit Rmus Mag. Magn. P. Aug. mentem, ut juxta illam Purpuratum S. R. E. Cardinalem defendat. Demonstrat acumine ingenij, & sua innata claritate, qua pollet, ex facto concludens, non benè tantum Virum inter Novatores ab Ecclesia proscriptos numerari. Mihi videtur, quod qui hunc tractatum studuerit intelligere (cum Tertulliano loquitur in Apolog. adversus Gentes) cogetur, & credere Cardinalem Norisiam à censura immunem, cum repetitis vicibus Romæ ad judicium Supremi Tribunalis Fidei delatus, ibi doctrina No-

risij benè ponderata, & benè pro apicibus numerata, vegetior quam intraverat, existit; semper habuit præmium, & de gradu in gradum, quasi de virtute in virtutem, tantis persecutionibus actus, usque ad collem dignitatis Cardinalitiae Noris ascendit. Nec tantæ objectiones doctrinam Cardinalis labefactarunt, sed inter has velut rupes in medijs fluctibus stetit firmissima, & palmæ in modum se erexit, augustiorque facta est, ut aiebat Alciatus emblemate 36.

Nittitur in pondus palma, & consurgit in altum.

Quo magis premitur, hoc mage tollit onus. His consonant Hilarij, verba lib. 4. de Trinit. Sicut olim crescentibus diluvij, fluctibus, Arca sublimius ferebatur, & tandem victrix requietit super Montes Armeniae; non dispari mœda (doctrina Norisij) dum exercetur florit, dum opprimitur, crescit: dum contemnitur, proficit: dum cœditur, vincit. Hinc Aug. filius, Norisij frater, innixus doctrinæ tanti Parentis, doctrinam Norisij, ut sanam, & Catholicam defendit. Aliquando enim in Sa-

gittarium, tanta dexteritate sagittas retor-
quet, ut magis Sagittarium proprijs sagittis
feriat, quam Sagittarius ipse ferire intendat.
Credetem, quod coactus fecit, dum justa
est pro veritate defensio. Pro hac defen-
sanda Reverendissimus Mag. agonizat, bre-
viter refutat, & clarè, ut vult, impugnat,
profundeque docet. Quapropter potest dici
de illo, quod de Lucillo Seneca epist. 59.
*Loqueris quantum vis, & plus significas, quam
loqueris. Hoc majoris rei inditium est.* Tanta
claritate, & efficacia loquitur Author, ut
videatur ad oculum convincere assumptum;
in quo, meo iudicio, nihil est bonis mori-
bus contrarium, nec Ecclesiæ definitionibus
disponum, &c. Sic sentio, salvo in omnibus
iudicio meliori. In hoc nostro Collegio Or-
dinis Candi, & Canonici Præmonstraten-
sis Salmantinæ Universitatis Divo Norberto
Sacerdotio. Die 29. Maij. Anno Domini 1721.

Mag. Fr. Joannes de Arevalo.

Abb. Collegij S. Norberti Salmantini.

LICENTIA ORDINIS.

MAgister Fr. Eugenius Aguado,
Frior Provincialis Provincie
Castellæ observantiæ Ordini-
nis Eremitarum S.P.N. Augustini, &c.
Vixa approbatione data à P. Mag. Fr.
Emmanuele Sanz., cui commissimus
censuram Libri compositi à R.P. Mag.
Fr. Petro Manso, nostræ Sacræ Reli-
gionis Magistro, & Cathedræ Sancti
Thomæ apud Salmanticenses anteces-
fore. Libri titulus: *Reflexio Vindex. Pre-
sentium tenore facultatem, quantum
ad Nos spectat, concedimus; Ut ser-
vatis servandis ex Decreto Sacro-
Sancti Concilij Tridentini, & Regijs
sanctionibus, prædictum Librum ty-
pis mandare valeat; nec ab ullo in-*

994



feriore nostro impediri possit.) Dat-
is in hoc Sancti Philippi nostro Ma-
tritensi Regali Conventu, Sigillo
nostro munitis, & à nostro Vice-
Secretario refrendatis. Die 7. Junij,
Anno 1721.

Frater Eugenius Aguado,
Provincialis.

Locus X Sigilli:

De mandato P. N. Provincialis.

Frater Thomas de Ortega,
Vice-Secretarius.

LI-

LICENTIA ORDINARIJ.

NOS Don Silvestre Garcia de
Escalona, por la gracia de
Dios, y de la Santa Sede
Apostolica, Obispo de esta Ciudad
de Salamanca, del Consejo de su Ma-
gestad, &c. Por la presente dàmos
licencia à qualquiera Impressor de
esta Ciudad, para que pueda impri-
mir un Libro intitulado: *De Virtutibus infidelium ad mentem P. Augustini.*
Compuesto por el Reverendissimo
Padre Maestro Fray Pedro Manso,
del Orden de San Agustin, Cathe-
dratico de Santo Thomàs de esta
Universidad: por quanto està visto,
y reconocido de nuestra orden por
el Reverendissimo Padre Maestro

Fray

Fray Pedro Montero, del Orden de San Basilio, Cathedratico de Règencia de esta Universidad. Y consta, no contiene cosa que contravenga à nuestra Santa Fè, y buenas costumbres; y lo pueda hacer sin incurrir en pena. Dada en Salamanca à seis de Junio de mil setecientos y veinte y un años.

Silvestre, Obispo de Salamanca.

Por mandado de su Illustrissima,
el Obispo mi Señor.

Don Joachín García de Salinas.
Secretario.

LI-

LICENTIA REGI SENATUS.

Don Balthasar de San Pedro Azevedo, Escrivano de Cámara, y de Gobierno del Contejo, certifico, que por los Señores de él se ha concedido Licencia al R. P. M. Fray Pedro Manso, del Orden de San Augustin, Cathedratico de Santo Thomás, en la Universidad de Salamanca, para que por una vez pueda imprimir, y vender un Libro intitulado: *De Virtutibus infidelium ad mentem P. Augustini, Reflexionis index*, por el original que va rubricado, y firmado de mi nombre: con que antes que se venda, se trayga al Contejo, juntamente con el original, y certificacion del Corrector, de estar impresso conforme à él; y se tasse el precio a que se ha de vender, guardando en la impression lo dispuesto por las Leyes, y Pragmaticas de estos Reynos; y para que conste doy esta Certificacion. En Madrid à seis de Junio de mil setecientos y veinte y un años.

Don Balthasar de San Pedro
y Azevedo.



ERRATA SIC CORRIGE.

FOL. 13. lin. 10. reædificari , lege reædificare.
Fol. 15. lin. 8. ho-, lege hoc. Fol. 41. lin. 21.
vinea , lege vineta. Fol. 58. lin. 6. filij, lege
filijs. Fol. 71. lin. 26. & , lege ex. Fol. 73. lin. 11.
eo, lege ex. Fol. 93. lin. 6. homini , lege hominis.
Fol. 109. lin. 2. præcepum , lege præceptum. Fol.
126. lin. 10. ipsa, lege ipsi.

Hoc opus , demptis his men-
dis, suo respondet cxemplari. Ma-
triti , die 7. Junij , Ann. 1721.

D. Benedictus del Rio,

& Cordido.

Corrector Gen. à S. R. M.

SUMA DE LA TASSA.

T Assaron los Señores del Consejo este Libro
de *Virtutibus infidelium ad mentem P.*
Augustini, Reflexio vindex pro Eminen-
tissimo Cardinali Norisio, à seis maravedis cada
pliego ; y mandaron, que esta tassa se ponga al
principio del Libro.

LEC.

LECTORI CANDIDO.

Revis ista Reflexio vin-
dex , superiori dicta-
ta præcepto , cursim;
& brevius quæstionem
attingit de virtutibus
infidelium ; quam,
Domino auxiliante , prolixius,
& morosius speramus exponere.
Annectenda erat tomo nostro ter-
tio de Sancta Vocatione , qui ne
evaderet ponderosior hoc addita-
mento , brevitati consultum est;
nec sine detimento Norisianæ cau-

sæ,

be, & fossam etiam claritatis, requisitæ in materia non parum abfrusa. Inutile fuit hæc incommoda exantlate; crevit enim adeo liber de Vocatione Sancta, ut oportuerit Reflexionem istam seorsim impri mere: nec me pœnitet, nam sic facilius manus, & oculos Lectorum inveniet. Si quæ verba diuiscula exciderunt, Scriptori condonentur, & veluti propria scripti apologetici habentur. Cum enim scripta ista satisfactionia conformari debeant stylo, & methodo accusatoris, & obijcientis; operauit interdum aculeatam adhibere orationem, sicut inde agnoscat accusator, quanta, & qualia suppressimus, obsequendo charitati. Qui cum-

cumque velit in hac quæstione plenius instrui, adeat Doctores, & locam, in Reflexione ista vindici allegata: & observet in lectione Scriptorum, maximè Recentium, utrumque non raro peccari, nam DD. sententiæ nostræ alijs expobant, quod Pelagianum tuentur assertum; nobis autem obijcitur Bajanum, & nuper Quesnellianum, ut videbit Lector in decursu nostræ Reflexionis. Unusquisque in suo sensu abundet, si absint calumniæ, & injustæ censuræ sententiæ adversantis. Duo mihi in hac quæstione certissima sunt, nempe Cardinalem Norisium optimè, & felicissimè exposuisse mentem P. Augustini de Virtutibus infidelium: & quod nul-



lum à RR. opponitur alicujus momenti argumentum , quod vel ab ipso S. Parente , vel ab ejus filio , & discipulo Gregorio Ariminensi , non sit plenè , & planè solutum , & contritum . VIVE , & VALE ,

anno ada ccxliii ositansm . CC
etiamq; et ipsius Leop. secund
et Augusto tanta zidet et mutat
et amittit . O regna ihu , confort
et dñe meus pietatis fiducia m
et si supplicium . nixieh
et filio mactit , abutit illo
et cibas . et multos colliti
apud nos sed et idem ois . atque
mactis . tuq; et tuq; et
et genitilis . et simiq; trutinat
et pietatis . et misericordia . et dulced
et bonis . et nobilitati . et illis .

DE

DE VIRTUTIBUS INFIDELIUM,
AD MENTEM

P. AVGUSTINI.

REFLEXIO VINDEX
PRO EMINENT. CARDINALI NORISIO.

§. I.

RECENSENTUR CONTUMELIAE,
criminationes , & accusations , quibus
Norisius impetratur a novo
Scriptore.

NULLAM Umquam mihi
fidem adhibendam pru-
dentissime pertimescerem ,
si quas recensere decrevi
contumelias in Norisium ,
tot testes non haberent , quic exemplaria typis
data à RR. & mihi satis venerando P. M. Fr.

A.

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

2 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.

Emmanuele Navarro, Sacrae Benedictinæ Religionis Magistro, nostræ Salmantinæ Academiz Primario jam emerito, Regio Concionator, innumerisque titulis non solum Academiz nostræ, sed exteris nominato. Quis umquam crederet, Virum alias Religiosum, & modestum, dum pro Ecclesia contra Heterodoxos stringit calamus, pro Religione ducere, in Cardinalem Ecclesiaz probatum tenere insilire? Legimus in Evangelio, eo usque pervenisse Gentilium ignorantiam, ut persecuti sint Apostoles, & Viros Evangelicos: *Exigitim se obsequium prestare Deo.* Sed inauditum, & retroactis saeculis incredibile, Viros Catholicos, & alioquin de Ecclesia benemeritos, existimare se obsequi Ecclesiaz, dum Virum innocentem persequuntur; & quem orbis digno plausu in amplissimo Cardinalium Senatu sedentem veneratus est, nunc è vivis creptum, nec inter Scriptores Catholicos quiescere permittant.

Equidem cum Saul, præcepto Dei obtinerans, aggressus est persecutionem Amalec, inviens Cinæum in medio Amalecitarum, noluit innoxios cvertere cum nocentibus, sed dixit Cinæo, *Abite, recedite, atque discedite ab Amalec, ne forte involvam se cum eo: tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel.* At quis umquam sibi persuaderet, Viron cau-

g. I. Recensentur contumeliaz, &c. 3

sa Religionis belligerantem, Cinæum innoxium, ab Amalec longissime dissitum, invitum, & coactum trahere, ut perdat involutum? Tale oculis legentium spectaculum exhibuit Primarius Emeritus, Libro, quem nuncupavit SS. D. N. Clementi XI. Ibi Religionis gratia Quesnelliensis, & Heterodoxis bellum indicens &quissum, non curavit secernere medium Cardinalem probatum; non dixit: *Recede ab Amalec, ne forte te involvam cum eo: quinino longe dissitum, & in tuto posicium, invitum trahi te contentiosissime tentavit, ut non solum calamo, & attamento, sed attrabili pugnans, & charta dentata scribens, cum Bajatis, Jansenistis, & Quesnelliensis involveret.*

2 Promisit Emetitus noster §. 5. qui totus est de amore Dei, num. 21. fol. 314. se non perfundorè, sed accuratè, & dedita opera introspecturum doctrinam S. Augustini: *Ne Quesnelliatus, aut ejus defensores tanto suffragio, & Cardinali S. R. E. probato, se obtigeret quicant.* Quis audiebat hæc, non speraret Cardinalem Norisium ab Emerito vindicandum; in tuto ponendum, & longe dissitum à Quesnelliensis; si ut par erat, standum eset promissis? Fateris Norisium Cardinalem Ecclesiaz probatum; & data opera contendere cum Quesnelliensis involutum? Quorsum hæc Augustiniana doctrina

4 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
scrutator, & reconditorum, ut ibi promittis
non perfuctorius introspector? An ne Ecclesia
probare potest Sectatores doctrinæ damnatae?
Quomodo, & quali fronte affirmas Norisium
Ecclesiæ probatum, quem totis lacertis debella-
re intendis, ut prosternas Quesnellium? Iterum
compellabo te: non vis Quesnellium, & Secta-
tores, se obtegere pallio tam probati Cardina-
lis. Optimè: sed quomodo, & quibus medijs
denudasti Quesnelliānos à tam probato, & pur-
purato Norisij tegumento? Ex dicendis appa-
rebit, quæ non te pudeat in medium proferri.
Non alitèr incederes, si fautor novatorum Ques-
nelliū tutandum suscepisses; Norisium invol-
vis cura Quesnelliānis, nec istos detegis, sed
obtegis purpurea Veste Cardinalis Ecclesiæ pro-
bati; & dum existimas te obsequium præstares
Deo, & Ecclesiæ, eis non parvam injuriam in-
talisti.

Patientèr sustine, & contumelias, quas
toto s. s. de Amore Dei, non sine amoris,
& charitatis præjudicio in Norisium evonis, ut
Cardinalem Ecclesiæ probatum cum Novato-
ribus involvas; fideliter referam. Et postea
paccato animo, ac sine bile retundam. Si cul-
pa est in te est, qui me provocasti: nec me
tantum censeas provocatum, sed omnes ama-
cores veritatis, innocentia vindices, & sa-

5. I. Recensentur contumelia, &c. 5
pientissimæ purpuræ à te male traductæ, &
conculeatæ, & quissimos veneratores. Taceo
interim Fratres meos Augustinenses, quos ru-
bo re suffundis: & Augustinianæ Religioni non
aliud evenire censeo, quam patientissimo Ja-
cob, dum ei delata eit sanguine rubescente
tunica peramati Joseph. Dixerunt deferentes:
Vide, utrum tunica filij tui sit, an non.
Liceat Matri nostræ venerabilissimæ Purpu-
ram Norisij deferre, & dicere: *Vide utrum*
Purpura filij tui sit, an non. Istam cum vi-
disset Jacob, deferenti reposuit: *Tunica filij*
mei est, fera pessima comedit eum, bestia de-
voravit Joseph. Quid tibi reponat Augusta
semper Norisij Mater, ignoramus: hoc unum
nos scire fateamur, Matrem numquam igno-
raturam amantissimi Norisij Purpuram, illam
quantumvis vellices, quantumvis deformes,
quantumvis non solo hædino sanguine tingas,
sed ferino: Mater nostra semper agnosceret, di-
cetque: *Purpura filij mei est.*

Ad me regredior: & tanto vulnere cir-
cumligato, ne iterum dolor ipse sanguinea
dictet verba, sed ratio candida; quam sem-
per, donante Domino, Optavi charitatem;
eodem protegente, in praefenti non amittam.
Inflita Norisio vulnera detegere cogor, manu
correctare, & ante oculos ponere: nécum

6 De Virtutibus infidelium ad mentem Oc.

prius certandum fuit, & curandum quid non dicere, quam qualia, & quae pro Norisio reponerentur. Igitur in recensendis criminationibus sic spero me exhibere, ut adjectis brevissimis reflexionibus ad criminis, sine reflexione Norisio objecta; una manu vulnera detegam, altera quam citius involvam.

Scribit Emeritus fol. 334. col. 2. num. 183. *Et hac, que est tota ratio, & summa discursus Cardinalis de Noris, est etiam (si ingenuè loquendum est) summa errorum Quesnallij in praesenti, & sequentibus sub hoc titulo propositionibus, ut propterea vix, aut ne vix quidem valeat à sensu thesum Baij, & Quesnallij, sensus Augustini distingui. Sic loquitur Emeritus, dum loquitur ingenuè: nec aliam pro calunnia tanta adducit probacionem, quam ingenuitatem suam.*

Ibidem dicit num. 82. *Quo fanè sententia Augustini non est, quam illi attribuit Cardinalis Norisius, nec quam Bajani, & Quesnalliae suis erroribus faventem putant. Tam enim ille, quam isti, judicant Augustinum docuisse, quod opera omnia infidelium sunt peccata, & virtutes illorum sunt vitia, ex eo quod sapè affirmat, opera illorum non esse bona, nec virtutes esse veras defectu ordinatio in finem caritatis. Ut hic Nori-*

6.I. Recensentur contumeliae, Oc. 7

sium cum Bajanis Emeritus involvat, Bajanum assertum damnatum Norisio gratis affigit. Non dixit Noris, omnia opera infidelium esse peccata; sed quæ sunt sine dono Dei, & gratia, viribus tantum arbitrij nostri: quod quidem verissimum est, & doceatur à sententia probabiliori Theologorum. Directè probat Norisius in infidelibus quadam rectè facta, sed ex dono Dei infidelibus etiam concessò: ergò gravis calunnia ista falsò nititur fundamento. In simili dixit P. Augustinus Julianus: *Redde verba mea, & evanescet calunnia tua.*

4 Prosequitur fol. 335. num. 85. dicens: *Et primo ex hoc ipso loco contra Julianum, unde potissimum Norisius suam de mente Augustini existimationem concipit, & unde maximè Bajus, & Quænallius ejus suscipiantur suffragium, ut & quondam etiam Lutherus, & Calvinus. Non alios ab Emerito Norisius Doctores recipit pro sententia sua, quam Bajum, & Quesnellium, Lutherum, & Calvinum. Contra avarum, thesauros infidentem, invehitur S. Ambrosius, dicens: Considera, quia bos solus non possides; possidet tecum tinea, possidet erugo. Hos tibi confortes avaritia dedit. Certè non meliores Emeritus noster confortes Norisio donavit.*

Iterum fol. 339. num. 96. dicit: *Quo appareat, quam immerito Norisius alium Augustino sensum Bajanis, & Quesnelliānis Thesibus factū adscribat.* Dixerat in principio Emeritus, causam Norisij cum Bajanis involvens: *Ex iniqua confusione non relationis in Deum operis alias honesti, & positivae relationis contra Deum ejusdem operis, oboritur error Baij, & Quesnelliij.* His verbis duplicata calomia Norisium Emeritus aggreditur, cum veluti Hæreticorum fautorē traducens, & iniquè confundentem duo illa, quæ debent distingui, ne pateat aditus errori Baij, & Quesnelliij.

Non benigniori calamo scribit fol. 346. num. 117. doctrina data demonstrat quam aliena fuerit mens Augustini a superiori, ei per Norisium adscripta; quamque adversa sit consequenter thesibus damnatis Baij, Janseñij, Quesnelliij: ut propterea non nisi iniquè valeant istorum sequaces, usurpata etiam laudati Cardinalis autoritate, de patrocinio S. Augustini gloriari. Non sufficit Emerito, mentem Norisij à doctrina Augustini aberrantem asserere, sed consequentes esse Norisij sensum, & theses ab Ecclesia damnatas, ut integrum Norisio texeret elogium. Sibimet contradicit immediatis verbis, ubi usurpatam asserit

rit (Norisij authoritatem à Novatoribus: hæc Norisij authoritas, si consequens est thesibus damnatis, Novatorum est; & nemo usurpat quæ sua sunt. Laudatum dicit Cardinalem: an à tali encomiaste forsäm laudatur, dum ejus sententia inter damnatas, & proscriptas reponitur?

Semel tantum dixit Norisius, quod irreparabilis est casus ab actu virtutis in philautiam: addit Emeritus: Proptereaque semper vitiosus sit. Hoc ultimum gratis Norisio affingitur, ut facilius, justè, vel injustè impugnetur. Verbolum illud irreparabile semel à Norisio prolatum est, sed nullies ab Emerito recusum; qui quasi non bene coctam erambem sèpè recoquit nro. 47.50.52.53.55. 58.59.69.71.102. & 150. Ubi Norisium adjungit Luther. Dixerat Lutherus, neminem esse certum, se non semper peccare mortali- ter, propter occultissimum superbiæ vitium. Repenit egregius Norisij nostri Encomiastes: *Haud dubiè, quia irreparabilem existimabat Lutherus lapsum in vanam gloriam, quoties quis honestè operatur.* Numquam Norisius censuit, hanc vanam gloriam semper esse peccatum mortale, ut decrevit Lutherus: sed quod periculum lapsus in philautiam gravem, aut levem, sine gratia quidem est irreparabile,

10 *De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.*
quoties bene, & honeste operamur. Id didic.
it Norisius adhuc puer, dum in regula audi.
vit P. Augustinum docentem, & dicentem:
*Superbia etiam bonis operibus insidiatur, ut
perdant.*

11 Ut autem Emeritus Norisium stric.
tius adjungeret Luthero, neganti liberum ar.
bitrium post Adæ peccatum, dicit fol. 324.
num. 52. *Non tamen in omnibus, & semper,
casus hic functus irreparabilis, ac veluti ne.
cessarius censendus est; quod nec S. Augus.
tinus umquam affirmat, nec voluit illum esse
fatalem consequentiam ex præstantia rationis
humanae illataum, ut laudatus Cardinalis colli.
gere tentat ex verbis quæ allegat. Bone Eme.
ritie, ostende nobis, ubi, & quando scripse.
rit Norisius, in omnibus, & semper irrepara.
bilem esse casum ab actu virtutis in philau.
tiam? Quando etiam afferuit, casum illum
esse censemendum necessarium? Quando, & ubi
nam voluit casum illum esse fatalem conse.
quentiam, ex præstantia rationis humanae illa.
tum? Hæc omnia imposturæ sunt, gratis af.
fidae Cardinali probato; quæ numquam aude.
ret quis affricare homini nullius momenti,
sciens quanta Deus impostoribus commina.
tur.*

Non aliud docet Norisius, nec aliud con.
tenit.

12 *1. Recensentur contumelia, &c. 11*
tendit, quam ostendere periculum lapsus in
vanam gloriam, eorum præcipue, qui sectan.
tur officia virtutum; nisi ad sit gratia ad vin.
cendam temptationem. Necessitatem gratiæ ad
vincendas temptationes, docet communis Theo.
logorum sententia; imò ad singulas etiam le.
ves necessariam gratiam afferit P. Vazquez
1. 2. disp. 189. Ergò DD. isti tenent cum
Norisio, quod deficiente gratia, irreparabilis
est casus in temptationem vanæ gloriæ. Audebit
ne Emeritus noster, omnes Doctores istos
cum Luthero reponere? Non enim in omni.
bus, & semper casus hic afferitur à Norisio:
quia non semper, nec omnes, etiam infide.
les, privantur gratia, dum exercent virtutum
officia. Nec casus ille censetur necessarius, ne.
cessitate antecedenti, ut putavit Lutherus; sed
necessitate consequenti, quæ cohæret liberta.
ti, requisitæ ad imputabilitatem. Et licet ex
carentia gratiæ ad casum in temptationem sit
legitima consequentia: non tamen fatalis, quæ
inducit necessitatem consequentis, sed necef.
sitatem illationis. Hæc adeo pervia sunt, ut
nec à Theologo bienniali valeant ignorari:
nisi velit Emeritus latuisse Norisium, quod
juvenes Theologos suos ignorare reprehend.
eret.

7 Fol. 325. allegatis verbis P. Augus.
ti

12 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
tini, probat periculum inflationis, dum sine
gratia ad vitandum periculum, exerceat quis
officia virtutum; reponit Emeritus: *Hac Au-
gustinus, quae & ex verborum sensu, &
proposito oblatu, nequaquam significant, ho-
mines semper ex sua complacentia, tanquam
ex ultimo fine operari; neque id poterat ab
illo, vel à quovis curdato dici consequens
inevitabile præstantia rationis humana.* Nec
inter cordatos sinit Emeritus Norisium nume-
rari, quem ut excipiat à cordatis, ipsi affi-
git assertum etiam displicens Hæreticis. Ubi-
nam docuit Norisius, homines semper ex sua
complacentia, tanquam ex ultimo fine ope-
rari? Accusationem iterum resumit ibidem
sequenti periodu, ubi unum tantum Norisij
verbū invenio, reliquis gratis affricatis.
Scribit Emeritus sic num. 55. Non itaque
sentit Augustinus, casum istum semper, &
irreparabiliter, ac in cunctis evenire. Nec
propterea recte id ex præfato textu illi attri-
but Cardinalis Norisius.

Tolle verbum irreparabiliter, reliqua
Norisij non sunt. Falso ipsi tribuitur verbum
semper, quia Norisius directe probat, infide-
les etiam ab eo casu interdum liberari; sed
per Christum, & ex dono gratiæ, sine qua
urgente tentatione superbiæ, nequit peccatum

§. I. Recensentur cunctumeliæ, &c. 13
vitari. Falso etiam affricatur verbum in cunc-
tis, cum Norisius quosdam excipiat etiam
infideles. Et quod miteris magis, verbum il-
lud irreparabiliter, quod à Norisio verissi-
mè prolatum est; falsissimè allegatur, dum
verbis semper, & cunctis adjungitur. Memi-
neris quofo illius apud Mattheum 26. Novis-
simè autem venerunt duo falsi testes, & di-
xerunt: *Hic dixit, possum dextruere Tem-
plum Dei, & post triduum redificari illud.*
Verba ista quoad majorem partem verissime
dicta sunt à Domino Joan. 2. Sed quia in di-
verso sensu à testibus delata sunt, vocantur
falsi testes. Sit quarta, & præcipua in hac
periodo impostura, quod Norisius Augustino
tribuat ex præfato textu: *Casum istum sem-
per, & in cunctis evenire.* Contrarium plenè
ostendit Norisius adhuc in infidelibus, qui do-
no gratiæ à tali casu liberantur. Si tamen
cuncti, & semper oīni gratia privarentur;
casus ille irreparabilis esset semper, & in cunc-
tis, quia sine gratia Christi non stat victoria
saltem gravis temptationis: & gravis est tenta-
tio philautiæ in casu argumenti, ut evi-
dentè ostendit Norisius autoritate P. Au-
gustini. At quando, & ubi Noris docuit, infi-
deles cunctos, & semper hac gratia priva-
ri?

14 De Virtutibus infideliū ad mentem, &c.
sub aliis Fol. 313. numer. 20. scribit Emerit.
, tūs: *Hac, & alia suis locis alleganda ex*
, eodem S. D. sat evincere poterunt, num
, quam sensisse, quod opera virtutum mora
, lium elicita ab impijs, vel etiam à Paga
, nis, & infidelibus, sunt prorsus mala,
, peccata; & quod non possunt aliter esse bo
, na nisi sint relata in Deum finem ultimum
, per charitatem: quod nihilominus viri alio
, qui graves autumant; & quod magis est
, Cardinalis Norisius ita illud propugnat, ut
, non tam satagat de attributa suo Augusti
, no ea sententia ipsum vindicare, quam ut
, illi gratam, probatamque, suis testimonijs,
, & argumentis demonstret.

Ut falsitatem istam, Norisio impositam,
depellamus; non est opus Norisium adire, sed
Emeritum ipsum, qui fol. 327. Norisium ac
cusat, quod dixerit, opera infideliū, ut sint
bona, debere præmuniri specialibus Divinæ
gratiæ auxilijs; nec determinavit de qua gra
tia locutus est. Si Norisius, te teste, & ac
cusatore, non determinavit gratiam necessa
riam ad bona opera infideliū; qua fronte Nori
sio imponis, tenuisse necessariam gratiam cha
ritatis infusa? Hoc dogma de necessitate cha
ritatis infusa, ut sint honesta opera virtutum,
per relationem in Deum finem ultimum cha
ritatis, in Bajo, Jansenio, & Quesnello dam
natum est. Sed non est damnata probabilissi
ma DD. Sententia, exigens ad honestatem vir
tutum relationem actualem, vel virtualem in
Deum, quæ sit à charitate naturali, vel ade
quisita; vel à gratia supernaturali Spiritus
Sancti nondum inhabitantis, sed tantum mo
ventis. Si ergo, te teste, Norisius circa ho
nihil determinavit, & ideo à te severissimo
Norisij judice poena multatur; cur Norisium
reprehendis ob reatum charitatis infusa, ad
honestatem requisita? In hoc te mirabilem
ostentas Norisij censorein, ut cum de con
trarijs, & contradicentibus eim accuses; ex
adverso in utraque accusatione certissime de
ficias. Falsum est quod Norisius exigat chari
tatem infusam, aut perfectam Spiritus Sancti
inhabitantis, ut virtutes morales referantur in
Deum, & verè dicantur virtutes. Falsum est
etiam, quod Norisius non expresserit gratiam
determinatam, quam cum P. Augustino ne
cessariam dicit ad opera virtutum.

§. I. Recensentur contumelia, &c. 15
ritatis, in Bajo, Jansenio, & Quesnello dam
natum est. Sed non est damnata probabilissi
ma DD. Sententia, exigens ad honestatem vir
tutum relationem actualem, vel virtualem in
Deum, quæ sit à charitate naturali, vel ade
quisita; vel à gratia supernaturali Spiritus
Sancti nondum inhabitantis, sed tantum mo
ventis. Si ergo, te teste, Norisius circa ho
nihil determinavit, & ideo à te severissimo
Norisij judice poena multatur; cur Norisium
reprehendis ob reatum charitatis infusa, ad
honestatem requisita? In hoc te mirabilem
ostentas Norisij censorein, ut cum de con
trarijs, & contradicentibus eim accuses; ex
adverso in utraque accusatione certissime de
ficias. Falsum est quod Norisius exigat chari
tatem infusam, aut perfectam Spiritus Sancti
inhabitantis, ut virtutes morales referantur in
Deum, & verè dicantur virtutes. Falsum est
etiam, quod Norisius non expresserit gratiam
determinatam, quam cum P. Augustino ne
cessariam dicit ad opera virtutum.

9 En contra primam falsitatem Norisij
verba in vindicijs cap. 3. §. 4. propter finem, ubi
adductis Tridentini verbis Sess. 6. can. 7. quibus
damnat Lucherum afferentem: *Opera omnia, quæ*
ante justificationem fuit quacunque ratione
facta sunt, verè esse peccata, vel odium Dei

16 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
mereri: reponit Norisius: Quo anathemate con-
figit errorem Novatorum dicentium, omnia ope-
ra facta ab homine extra charitatem, & in
peccato constituto, esse peccata, quod illa à
conscientia reatu vitiantur: que sententia &
falsa, & olim damnata fuit (uti vidimus) ab
Augustino. Potuit ne clarioribus verbis relega-
re se, & Augustinum à se vindicatum, ab erro-
re Novatorum, exigentium perfectam charita-
tem, ne sint vitia opera virtutum? Non vides
Norilium expressis verbis asserentem, eam sen-
tentiam jam pridem ab Augustino damnatam?
Ergò falsum est, & solemnis impostura, dicere,
Norisium illud propugnare: Ut non tam sata-
gat de attributa suo Augustino sententia ipsum
vindicare, quam ut illi gratam probatamque
demonstret. Si expresse docet, eam sententiam
ab Augustino damnatam, quomodo satagere
potest ab Augustino probatam?

En etiam contra alteram falsitatem de non
determinato auxilio, requisito ad referendum in
Deum opera virtutum, adsunt expressa Norisi
verba ibidem propè medium; ubi relata au-
thoritate P. Augustini lib. de Prædest. SS. cap. 7.
dicentis de Cornelio Gentili: Cujus accepta
sunt eleemosinae, & exauditæ orationes, ante-
quam credidisset in Christum; nec tamen sine
aliqua fide donabat, aut orabat. Nam quomodo

in-

9. I. Recensentur centumelie, &c. 17
invocabat, in quem non crediderat? His reli-
atis, subinfert Norisius: Ex quibus patet, ad re-
ferenda opera bona in Deum, non requiri fidem
in Christum, sed satis esse fidem in Deum; imò solam fidem etiam adquisitam sufficere,
colligitur ex libro de patientia cap. 26. & 27,
ubi Schismaticorum patientiam, & bonam esse,
& laudandam scribit, cuius verba paulò post
referemus. En fides adquisita, quæ quidem na-
turalis est, sufficit juxta Norisium de mente Au-
gustini, ad referenda in Deum opera virtutum:
ergò sufficit auxilium gratiæ intra ordinem na-
ture ad recta virtutum opera, & ut debitè re-
ferantur in Deum. Quare & Norisius satis de-
terminavit auxilium gratiæ requisitum; & long-
issime collocavit Augustinum suum à damnato
afferto Novatorum.

10 Fol. 328. iterum accusato Norisib,
quod non palam, & nitide declaraverit auxilia
gratiæ, necessaria ad opera virtutum moralium;
recentitisque exactis à dogmate Novatorum dimi-
nato, quæ sunt gratia iustificans, aut charitas
infusa, dominans voluntati, vel imperans actus;
aut gratia fidei, quæ per charitatem perfectam
operatur; aut auxilia adeò efficacia, quibus vo-
luntas omnino succumbat. His recentitis, in-
cipit sic Emeritus num. 64. Cuncta enim ista;
& singula comprehenduntur sub specialibus illis.

B

18 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.

Divinæ gratiæ auxilijs, quibus præmunitos infideles ad bene operandum desiderat Norisius; eademque à Novatoribus in suis propositionibus, merito proinde damnatis, necessaria ad idem exiguntur. In hoc asserto taliter Cardinalis probatus cum Novatoribus involvitur, ut illius doctrina de necessitate gratiæ ad virtutum officia, sit merito cum ipsis Novatoribus damnanda.

Puduit ipsum Emeritum, tantam calumniam eyomere in Norisium; & incipit cum excusare, exponendo Norisianam gratiam de auxilijs intra ordinem naturæ. Vix in Norisij defensionem decem lineas confecit, & ecce nova accusatione Norisium aggreditur. Cum enim (ait) mens Augustini circa opera virtutum moralium, exponi possit per auxilia gratiæ intra ordinem naturæ: *Nullo ipsius dedecore poterat à laudato Cardinali defendi.* Bone Emerite, quis somniavit, hoc esse dedecus Augustini, aut Norisij? Præcedenti numero dedimus Norisij verba, ubi determinans auxilia, necessaria ad opera virtutum, asserit sufficere charitatem naturalem, & adquisitam. Pro se, allegat nostrum Ariminensem, exactissimum interpretem mentis Augustinianæ in 2. Dist. 38, Quæst. 1. art. 1. ibi art. 2. propè initium, dicit sic Ariminensis: *Ex hac coniunctione, & conclusionibus præcedentis ar-*

18

6. I. Recensentur contumelia, &c. 19

ticuli, sequuntur aliqua: unum est, quod numquam fit aliquid ab homine virtuosè, seu bene moraliter, nisi fiat ex Dei dilectione, actuali, vel habituali, infusa, vel adquisita. Vi des sufficere dilectionem adquisitam, quæ est naturalis. Idem docet Arimineasis in 3. corollario ubi fidem requisitam dicit, sed non supernaturalem, & infusam, quæ non est in Schismaticis, & Hæreticis; quos bene interdum operari defendit, & propter Deum ultimum finem, naturaliter saltē creditum, & amatum.

Qui decem lineis. confessis in defensionem Norisij, lassatus est; infatigabilis se uobis ostentat, dum Norisium accusat: & quasi pœnituerit expositionis datæ pto Norisio, eam retractat, ut capitalis calumnia, suprà objecta, integra perseveret. Dicit sic nro. 66. Et hinc vehementer suspicor, numquam futuram gretam laudato Cardinali basc expositionem de sensu, & mente Augustini. Parùm erat Cardinalem calumniari verbis, oportebat etiam, & suspicioribus. Cur optime Emerite, non optimè, sed pessimè suspicaris, ingratam futuram Norisio expositionem, quam ipse ut thesim Augustinianam propugnandam suscepit? Iterum compellabo te, & verbis tuis demonstrabo pessimum suspicatorem mentis Norisianæ. Dicis ibi nro. 69. quod nisi Norisius exponatur de auxi-

B 2

lio requisito intra ordinem naturæ, nescis, *qua ratione*, aut *ingenio* possit Norisius sententiam Augustini, ut ab ipso explicatam, à sententia Baij secernere. Omitto sententiam probabilem de auxilio actuali Spiritus Sancti tantum moventis, quæ satis secernitur à sententia Baij, re quirente auxilium Spiritus Sancti inhabitantis. Do etiam tibi optimo Emerito totum, quod intendis, nempe in hac causa duas tantum esse sententias, unam Baij damnatam, alteram de auxilio tantum naturali, juxta tuam opinionem consequenter diffinitam. Hoc dato, quomodo suspicaris, numquam Norisio futuram gratam sententiam, juxta te diffinitam; nisi suspiceris etiam sententiam damnatam Baij Norisio placitaram? Vide Norisium S. R. E. Cardinalem probatum, tuis suspicionibus gravatum, & cum Bajanis pelsimè traductum.

II. Fol. 314. num. 21. dicit Emeritus: *Quod tamen videtur alijs aliquanto timide ab eruditissimo Cardinali tentatum, &c.* Et paucis interpositis: *Optarem tamen, ut sapientissimus author vidisset, vel saltèm non dissimulasset à se visa, sed verò prætermisa loca ex S. Doctore supra notata, & alia postmodum alleganda, quæ saltèm cogerent ipsum, vel de ejus mente dubitare, vel ut ingenium suum in conciliandis Augustini de re ista sententijs, felicius exerceret.*

Suprà vidimus Norisium calumniari ab Emerito suspicionibus, & verbis; nunc ut nullum intactum relinquat lapidem, opprimit & optionibus. In hoc, & reliquis Norisij scriptis, recti censores mirantur modestiam Scriptoris, in opugnandis præsertim alienis assertis: sed ab Emerito nostro Norisij virtus, ut vitium taxatur, & nota timiditatis audacter incurritur.

Supponit Emeritus optans, quod sapientissimus author noster non vidi selecta Augustini loca, vel saltèm visa dissimulavit: ex primo sequitur Norisium insclum esse; ex altero in re gravissima perfidum dissimulatorem. Si nobis optio detur ad eligendum, malum insclum fateri, quem Emeritus appellat sapientissimum. Vide in quales angustias devènit Norisius, à tempore, quo tales optiones habuit noster Emeritus.

Ne autem Norisium, angustijs undique circumscriptum finè aliquo solatio dimittamus; dum pateat evadendi via, solatum erit ipi, reliquos sapientes habere socios in simili angustia. Hoc solatum Norisio concessit Emeritus ipse fol. 353. Ubi sibi gratulans de re condito Augustini testimonio, à se feliciter invento, dicit: *Miror, quod tam insignis locus, nec Cardinali Norisio, neque alijs ejus lensem in re ista indagantibus, occurrerit;*

22 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
quo nimis accurate ponderato, aut aliter
de ejus sententia judicarent, aut saltē non
tam confidenter illi attribuerint, quam
Novatores, ut suis damnatis erroribus faven-
tem, gratanter apprebendunt. En locus insignis
à solo Emerito oculatissimo notatus, qui re-
liquos præteriit sapientes, sensum Augustini
in hoc punto indagantes: quare non solus
cœcutiit Norisius, sed teste Emerito, mirante,
ac sibi met gratulante, reliqui sapientes ple-
nè ignoraverunt. Locum istum insignem, à so-
lo Emerito adinventum, à reliquis autem in-
dagatoribus mentis Augustinianæ incognitum,
aut simulatè prætermisum, infrā expendemus
§. 3. Ne interim retinearis anxius, sci-
to locum haberi i. ad Cor. 3. Ubi Apo-
tolus docet, quosdam ædificare aurum, & ar-
gentum; alias ligna, fœnum, & stipulam.
Hoc explicat P. Augustin. lib. 21. de Civit.
Dei cap. 26. & in Enchir. cap. 68. Indè Eme-
ritus, vel hæreticam infert consequentiam, ig-
norans peccata venialia; vel nihil probat pro-
sententia sua, sed Norisij confirmat assertum,
ut clare patebit §. 3.

13 Tædet me amplius immorari in re-
censendis contumelijs, Norisio objectis ab Eme-
rito primario nostro; nec tantum me tæ-
der, sed etiam pudet. Quo fine, & qua cau-
sa,

§. I. Recensentur contumelia, &c. 23
sa, ut par erat, urgentissima, vir probus, &
Religiosus insperato convitorum cumulo in
Norisium insiluerit, ignoramus; & nec suspi-
cari valemus. Vidiimus num. 2. Emetitum in
scripti sui præliminio proposuisse, operam da-
re accuratam, ne Quesnelliani Norisium suum
efficient, & Cardinali S.R.E. probato se ob-
tegere queant. Finis iste optimus est, tanto
dignus Doctore, & Scriptore dogmatico con-
tra clementitos Augustini discipulos, novissimè,
& jam pridem ab Ecclesia reprobatos. At
qualia media pro tam optimo fine selegerit,
nemo qui non viderit, & legerit, sibi um-
quam persuaderet. Suppone me omni gratia
destitutum, & à Domino derelictum in pœ-
nam præcedentium peccatorum meorum, in-
tendere in Ecclesiam rebellar, & Quesnelli-
anos ut veros Augustini discipulos tueri, &
obtegere: certè non alijs medijs finem hunc
perversissimum obtinere præsumerem. Con-
tenderem præcipue, in favorem adducere
Quesnelli Cardinalem Ecclesiaz probatum; ut
indè ostenderem, vel ab Ecclesia perperam
reprobari Quesnellium, vel male probari Car-
dinalem.

In utroque injuriis Ecclesiaz, & refrac-
tarius convinceret, procedens contra sanctam
Constitutionem Unigenitus, Quesnellium ini-
pros

24 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
probantem; & contra Suptemum Sanctæ
Inquisitionis Romanæ Tribunal, semel, ite-
rūm, & tertio probans, & approbans doc-
trinam Norisij. Factum hoc ignorari ab Eme-
rito censemus; alioquin novum adhuc non
quareret examen, quod iam factum est apud
Apostolicam Sedem, ut Juliano exprobabat
olim P. Augustinus: nec tanta sacri, & pro-
phani juris oblivione interciperetur, ut causam,
jam triplici judicio discussam, iterum de-
ferret ad judices; imò non tam defertet ju-
dicandam, quam præsentaret improbatam. Ut
ergò, & ignorantia occurramus Emeriti, si
fotè resipiscat, & Norisino simul consula-
mus honori; factam Romanum sincerè refere-
mus, ex monito ad Lectorem libri vindican-
ris Norisium ab Anonymi scrupulis, Romæ
impressi anno 1695.

13^{mo}, Ibi dicitur: *Annus agitur alter,*
& viceimus, ex quo Historia Pelagiana,
ac Vindiciae Augustinianæ authore Henrico
de Noris Augustiniani instituti viro, in lu-
cem prodierunt. Utrumque opus anno 1672.
Suptemus Romanæ Inquisitionis decreto à
Viris doctissimis Romæ diligenti, & ac-
curato examine expensum, ac probatum,
stantiam statim Authori gratiam apud Emi-
nentissimos Patres conciliavit, ut corundem

g. I. Recensentur contumelia, &c. 25
rogatu Clemens X. Norisio inter Romanæ In-
quisitionis, uti vocant, Qualificatores adle-
gerit. Cum anno proximo 1673. utrumque
opus Patavinis typis excusum, ac dein ite-
rum, ac tertio extra Italiam impressum, per
ora, manusque Eruditorum volitaret; non
nulli, quorum nomina appellare exemplo
nihil, silere humanitatis plurimum refert,
utrique volumini primum quidem clancula-
rio genuinum insigere cœperunt; dein ani-
mosiores facti, eadem apud Romanæ In-
quisitionis Tribunal plurium errorum accu-
santes, alterum de iisdem examen impetra-
runt. Ita anno 1676. laicati libri plurium
Censorum judicio expensi, indemnes, nul-
laque Theologica nota persicci, amulo-
rum impetum stratasque infidias felicitè
evaserunt.

Interim Norisius in Pisana Academia
Ecclesiasticæ historiæ professorem agens, in-
ducias in annum usque decimum sextum
ab adversarijs obtinuit. Cùm verò anno 1692.
INNOCENTIUS XII. Pontifex Opt. Max.
Norisio Vaticanæ Bibliothecæ Praefecturam
detulisset, novus honor Authori destinatus,
ejusdem libros in nova rursus discrimina-
adduxit. Nam adversarij sparsis quaqua ver-
sus libellis, veteres accusations rectauffan-

,, tes, eundem prædaminatæ Jansenij doctrinæ
 ,, insinularunt. Tum Summus Pontifex plures
 ,, Theologos, qui procul à partium studio
 , erant, delegit, ijsque librorum Norisij exa-
 , men commissit. Et hi quidem doctissimi,
 , ac eruditissimi Viri diligentè, atque accu-
 , ratè injuncto munere perfuncti, nullam in
 , Norisij libris sententiam Censorio stigmate
 , confixerunt; cujusquidem judicij, licet se-
 , cretis suffragijs peracti, exitus inde appa-
 , ruit, quod Summus Pontifex Norisium in
 , Collegium Consultorum Romanæ Inquisitio-
 , nis cooptavit: Et paulò post Cardinalem
 , creavit, anno videlicet 1695. die 12. De-
 , cembriis. Ita sine exemplo, quod sciamus,
 , unus, idemque liber semel, iterum, ac ter-
 , tio in tremendo illo Tribunalí censuræ sub-
 , jectus, ac totidem etiam vicibus omni cen-
 , sura immonis evasit.

,, Cum verò triplex judicium tam since-
 , rum, tam grave, tamque circumspectum,
 , toties restauratis accusationibus jam tandem
 , finem imposuisse putaretur; inventus est no-
 , vus criminandi modus, quo non tam No-
 , risij volumina, quam exercitum de ijsdem
 , judicium in invidiam vocaretur. Nam qui-
 , dam, quo suam erga Supremum Quæficio-
 , rum fidei Tribunal reverentiam, in speciem
 , sal-

, saltēm præferre videretur, quosdam ipsimæ
 , librorum Norisij Censoribus libellos, scri-
 , pulorum titulo præsignatos, inscripsit, ut ad
 , eos scrupulos veluti ad scopulos eorundem
 , Censorum judicium allideretur. Hæc ille
 , præfatur: *Nemini videbor inverecundè scrip-
 sisse, qui istas qualescumque animadversiones
 non alio, quam scrupulorum titulo donaverim.*
 Hucusque monitum libri laudati ad Lecto-
 rem.

Si Monitoris munus in præsenti mihi
 adscriberem, non de alio Lectores meos ad-
 monerem, nisi quod Emeritus primarius nos-
 ter non est adeo scrupulosus, ut librum, &
 doctrinam, à Supremo Tribunalí Sanctæ In-
 quisitionis Romanæ jam tertio probatam, ve-
 reatur reponere cum Bajanis, Jansenistis, &
 Quesnelliianis. Eam ab omni censura immu-
 nem declararunt Viri eruditissimi, semel, ite-
 rum, & tertio ad hoc munus designati: Eam
 Summus Pontifex Innocentius non tantum
 probavit, sed cumulatis Norisio honoribus
 apertissimè commendavit: eam tandem tre-
 mendum, & Venerabilissimum. Sanctæ Inqui-
 sitionis Tribunal dimisit indemnum, non ob-
 tantibus validis Norisij acculacribus. Sed, qui
 recondita, & abstrusa Augustinianæ mentis
 adiit penetralia, inveniens insignem locum,

28. De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.

Ceteris hucusque sapientibus ignoratum, ut si blandiendo, & gratulando testatur, ubi supra num. 11. errores etiam in Norisiano scripto oculatissimus detexit, hucusque latentes Viros sapientissimos. Nisi forte, causam jam tertio à Supremo Tribunali sive exemplo decisam, sine exemplo conetur iterum ad judicium vocare; pluris faciens veteres, qui jam evanuerunt, accusatorum scrupulos, quam sapientissimorum Censorum iteratas probatio-nes.

§. II.

NORISI^F DOCTRINA DE VIRTUTIBUS
infidelium, semel, iterum, & tertio probata
à Supremo S. Inquisitionis Romanae
judicio, breviter pro-
ponitur.

14 SANCT. P. Augustinus Libros duos scripsérat de Nuptijs, & concupiscentia, quos refellere intendens Julianus Pelagianus, quatuor grandiorum voluminum strepitu, quasi quadrigarum impetu prosternere, & conculcare molitus est, ut testatur S. P. lib. i. in Julianum cap. i. ubi pro defensione veritatis, à se pridè Catholice asserta, & pro depulsione calumniarum, quas Ju-

§. II. Norisij doctrina de virtutibus, &c. 29

lianus furens congescit in Augustinum; sic loco laudato orditum magnum illud opus, quod inscribitur contra Julianum. Contumelias (inquit) tuas, & verba maledica, Juliane, que ardens iracundia libris quatuor anhelasti, si me contemnere dixero, mentiar. Et reprehenso communij exordio, ubi dicuntur tantum, quæ utrimque dici possunt, licet non vere ex utraque parte; prosequitur. Primum abs te quero, cur libro meo saltē specie tenius te respondisse glorieris, cum tuis libris quatuor unius mei partem nec quartam reprobendo tetigeris; eosque saltus in prætereundis meis disputationibus feceris, quasi omnino desperares utriusque operis, & mei scilicet, & tui quemquam esse posse lectorem, qui ista deprehenderet. Concludit tandem: Admonendi enim sunt potius, qui hos nosse defiderant; ut non eos plegeat utrumque legere, & quod scripsi, & quod respondere valueristi: ita enim se res ipsa declarat, atque indicat, ut nimium tardi sint, qui hoc à nobis postulent demonstrari. Nunc ergò quia video te à veritate desertum, ad maledicta esse conversum ita distribuam disputationem meam, ut ostendam prius, quantis, & qualibus Ecclesiae Catholice Doctoribus nomine Manichæorum intolerabilem facere non cuncteris injuriam; & cum me appetis, in quos tela sacrilega jaculeris. Deinde

monstrabo, quod tu ipse sic adjuvas Manichaeorum damnabilem, & nefanda impietatis errorem, ut nullum talis patronum nec in suis dilectoribus valeant invenire. Tertio loco, quantum breviter potuero, sententijs non meis, sed eorum, qui fuerunt ante nos, & adversus impios Fidem Catholicam defenderunt, inanes argutias tuas, & elaborata argumenta convincam.

In eandem ivit aleam cum Augustino Egregius Augustini Vindex Cardinalis Norisius, mens Patris circa virtutes infidelium dilucide exponens in Vindicijs Augustinianis cap. 3. §. 4. sed magno strepitu impugnatus a Religiolo, & docto Viro, qui dum pro veritate contra Novatores diffinita, laboriosissime decertat, necio qua ductus apprehensione, Cardinalem Ecclesiam probatum, ut Julianus olim Augustinum, profternere, & conculcare molitus est. Causam suam Norisius, Augustinianæ consimilem, si resumeret tutandam, posset quidem ab Augustino ipso mutuare defensionis exordium: & non contemptis, sed condonatis; dimisis, non autem omissis supra recensis tunc melius, querere posset ab Emerito, ut Augustinus a Juliano: *Cur scriptum meum saltē specie tenū te impugnasse gloriaris, cum nec quartam partem reprobendendo tetigeris; eosque saltus in præ-*

, reun-

,, reundis meis disputatinnibus feceris, quasi ,,, omnino desperares utriusque operis, mei sci- ,,, licet, & tui, quemquam esse posse lectorem, ,,, qui ista deprehenderet. Admonendi enim sunt ,,, potius, qui hoc nosse desiderant; ut non cos ,,, pigeat utrumque legere, & quod scripsi, & ,,, quod reponere voluisti: ita enim se res ipsa ,,, declarat, ut nimium tardi sint, qui hoc a no- ,,, bis postulent demonstrari. Nunc ergo, quia ,,, video te à veritate desertum, ad impugna- ,,, tiones scripti mei esse conversum; disputa- ,,, tionem meam sic distribuam, ut ostendam ,,, prius quantis, & quilibus Ecclesiæ Catholicæ ,,, Doctoribus nomine Bajanorum intolerabilem ,,, facere non cunctoris injuriam; & cum me ,,, appetis, in quos tela injusta jaculeris. Deinde ,,, monstrabo, quod tu ipse sic adjuvas Bajano- ,,, rum damnabili errorem, ut nullum tales ,,, patronum nec in suis dilectoribus valeant in- ,,, venire. Tertio loco quantum breviter po- ,,, tuero, sententijs non meis, sed eorum, qui fue- ,,, runt ante nos, & adversus impios Fidem Ca- ,,, tholicam defenderunt, inanes argutias tuas, & ,,, elaborata argumenta convincam.

Hæc tria promittere posset, & convincen- tè demonstrare sapientissimus Augustini Vin- dex, si scripti sui patrocinium advocasset. Quia tamen hæc tria ostendere penè superfluum eit,

ad-



32 De Virtutibus infidelium ad montem, &c.
admonendi sunt potius, qui hoc nosse desiderant, ut non eos pugeat utrumque legere, & quod scripsit Norisius, & quod reposuit, & opposuit Emeritus, ut nimium tardi sint, qui hoc à nobis postulent demonstrari. Ut ergo in uno, endemque codice lector præsentia habeat, & scripta Norisij, & objecta Primarij, auditisque partibus, & libratis utrinque momentis valeat æquissimè sententiam ferre; totus hic §. erit doctrina Norisiana, & §. sequente audiemus objecta.

15 Advertit Norisius in præliminio scripti sui P. Augustinum non æstu disputationis abreptum disceptasse de virtutibus infidelium, ut putavit Morainius; sed a Pelagianis in arenam provocatum, libenter, & animosè descendisse. Etenim Pelagiani, ut probarent, posse hominem sine gratia bene operari; exempla infidelium producebant, quos asserebant sive gratia Dei pluribus virtutibus floruisse. Audiatut S. P. lib. 4. contra Jul. cap. 3. *Soletis enim negantes Dei dona esse virtutes, quibus recte vivitur, & eas naturæ, voluntatique humanae, non gratia Dei trahentes, hoc uti argumento, quod eas non nunquam habent infideles,* &c. At Augustinus ibidem per septingentos, & amplius versus probat, virtutes infidelium habuisse

bo.

§. II. Norisij doctrina de virtutibus, &c. 33
bonitatem tantum civilem, ac sive specie tenius apud homines laudabiles, illo præsttim usus testimonio ad Rom. 14. Omne, quod non est ex fide, peccatum est. Unde cum de operibus infidelium tanto labore, ac studio Augustinus cum Pelagianis disputaverit ac ibidem omnem adversarijs aditum subtilissimis argumentis præcluserit; non æstu disputationis id protulit, sed post longam rei difficultinæ meditationem, ac seriam totius quæstionis considerationem.

Duo autem S. Doctor asserit: Primum nullas in infidelibus ex vi iollis liberi arbitrij virtutes reperiri. Alterum: Si que in eisdem virtutes fuerint, easdem nequaquam ipsorum voluntati, sed Divina gratae adscribendas esse. Hucusque Norisius, & quidem fidelissime; nam nullibi S. Parens asseruit omnia opera infidelium esse peccata, quod recentiū hæreticorum error est, damnatus in Trident. Sess. 6. Can. 7. & in Michæle Bajo, ac novissimè in Quesnello. Imò oppositum sæpè docet, ut Norisius demonstrat, & patet infra. Nec pro solvendo Pelagianorum argumento, opus erat Augustino plenè negare virtutes morales in infidelibus: si scilicet eorum virtutes non virtibus arbitrij, & naturæ adscribantur, sed dono gratia; plane conf-

C



rat, numquam hominem posse sine gratia bene operari: & hoc est, quod Augustinus ubique contendit demonstrare.

16 Primum assertum, quod plerisque Scholasticis displicere fatetur Norisius, validè probatur ab eo ex P. Augustino, cuius sententia præcipuum fundatum consistit in eo, quod virtutes à vitijs non ex officio, aut objecto, sed ex fine discernuntur. Ita P. Augustinus lib. 4. in Julianum, ubi ait: *Noveris itaque non officijs, sed finibus à vitijs discernendas esse virtutes. Officium est autem, quod faciendum est; finis vero propter quod faciendum est. Cum itaque facit homo aliquid, ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccare convincitur.* Hoc probat ibidem S. P. exemplo Avarorum, qui virtutibus moralibus studere se fingunt, quæ tamen in vitia desinunt, quia avaritiae deserviunt. Unde non est attendenda sola substantia operis in speciem boni ex objecto, sed finis quoque considerandus venit, propter quem idem opus elicetur.

His fusiùs ibidem ab Augustino probatis, conatur evincere, in infidelibus non fuisse veras virtutes, quia eisdem humanæ laudi, ac gloriæ subiiciebant; qua ratione in vita verterebant, neptore & superbia in-

35 *J. II. Norisij doctrina de virtutibus, &c.*
servirent. Unde lib. 4. contra Jul. capit. 3. scribit: *Ab fonte, & isti, qui exhibuerunt terrenæ gratie Babyloniam detectionem, ex virtute civili non vera, sed verisimili Demonibus, & humana gloria servierunt, &c.* Area dixerat: *Bonum est enim, ut subveniant domini periclitanti, praesertim innocentibus.* Sed ille, qui hoc facit, si amando gloriam hominum magis, quam Dei facit, non bene bonum facit, quia non bonus facit, quod non bona voluntate facit. Hinc cum Julianus ibidem objecisset: *Si Gentili nudum operuerit, namquid quia non est ex fide, peccatum?* Respondet Augustinus: *Prorsus in quoniam non est ex fide, peccatum est; non quia per se ipsum factum, quod est nudum operire, peccatum est; sed de rati operi non in Domino gloriari, solus impius negat esse peccatum.* In hac rem plura ibi subtiliter, & acutè congregavit. Hucusque Norisius.

17 N. Ariminensis in 2. dist. 38. quest. i. art. i. versat fundamentum hoc, & adhibitis testimonijs non solum P. Augustini, sed etiam Aristotelis, Senecæ, & allorum Philosophorum, ostendit, tunc opera nostra non esse moraliter bona, & laude digna, quando non sunt conformia rectæ rationi: sed recta ratio non solum prescribit agere quæ recta sunt,

36 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
sed agere propter finem, propter quem agenda sunt: Ergò cum Deus sit finis ultimus, propter quenam omnia agenda sunt; si non ita fiant, non sunt conformiter ad rectam rationem, sed disformiter; & sic vitiantur ex privatione circumstantiae finis debiti. Vitium hoc talis operis inordinati, probatum ex communi Philosophia, Teologicè amplius comprobatur à P. Augustino, ostendente opera infidelium non facta propter Deum, effecta esse propter pravum finem, aut avaritiam, aut manis gloriam, aut voluptatis terrena, ut accidit Epicureis: at opera facta propter pravum finem, vicia sunt, licet ex objecto sint bona; nec hoc ab ullo viro Catholico in dubium revocari potest: Ergò virtutes Philosophorum, & infideliū, non relatae in Deum finem ultimum, vicia sunt, tum defectu relationis debite in finem ultimum, quam prescribit recta ratio; tum etiam ratione positiva deordinationis in finem creatum.

18 Prosequitur Norisius dicens: Opponunt tamen contrariae sententiae. Authores, posse hominem infidelem elicere actus virtutis ob solam ipsiusmet operis honestatem, nullam inde ab alijs laudem captare desiderans: sicut enim cum bonum honestum sit intra objectum voluntatis, illud propter se praeceps a voluntate

facto

37 G.H. Norisij doctrina de virtutibus, &c.
tate appeti potest. Hoc est præcipuum, ita unicum fundamentum capitale contrariae sententiae. Verùm Augustinus miro ingenij acumine hanc responsonem infregit lib. 4. contra Jul. cap. 3. scribens: *Nihil est in creaturis, quod attinet ad institutarum divinitus merita naturarum, rationali mente præstans.* Unde fit consequens, ut mens bona magis sibi placeat, magisque se ipsis delectet, quam quilibet alia creatura. Quam vero periculose, immò perniciose sibi placeat; cum per hoc tumescit typha, & morba inflationis extollitur, quamdiu non videt sicut videbit in fine, summum illud, & immutabile bonum, in cuius comparatione se spernat, sibique illius charitate vilescat, &c. Conformatia his tradit lib. 19. de Civit. Dei. cap. 25. dicens: Præindè virtutes, quas humana mens sibi habere videtur, per quas imperat corpori, & virtutis ad quodlibet adipiscendum, vel tenendum, nisi ad Deum retulerit, etiam ipsæ vicia sunt potius, quam virtutes. Nam licet à quibusdam tunc vere, honestæ putentur esse virtutes, cum ad se ipsis referuntur, nec propter aliud expetuntur; etiam tunc inflatae, ac superbae sunt: & ideo non virtutes, sed vicia iudicanda sunt.

19 Hic S. Patens directè adversatur

C3



38. De virtutibus infidelium ad mentem, Or.

sententia jatn memorata Scholasticorum docecentium veras esse virtutes, licet steriles, quae non referuntur in Deum, sed appetuntur propter se ipsas. Tunc enim ad se ipsas referuntur, & teste P. Augustino, sunt virtutes inflatae, *Or ideo non virtutes, sed vitia judicanda sunt*, Noluit Norisius sibi, & Augustino invidiam Scholasticorum conciliare; & ideo suum in hac re judicium proferens, dicit, sententiam Scholasticorum esse speculative probabilem; sed in praxi Augustini sententiam veram esse. Cum enim virtus ob sui tantum honestatem appetitus, nisi ad sit gratia ad vincendam tentationem) efficit virtus, ut illam proficiens, & assequens, sibi complacat in suo opere, ac philautia vitio labore. Quare sicut honeste operans, ut alijs placeat, ac laudatur ab alijs, peccat peccato inanis gloria, ita pariter qui honeste operatur complacens sibi, ac in se ipso gloriatus, reus est philautia. Hinc dixit Apostolus scientia inflat. Eo enim ipso, quod homo cognoscit se virtute prædictum, semper delectatur, ceteris se præponit, ac in se ipso, non in Domino gloriatur. Est autem prius ad superbiam gradus, se pluris, quam alios facere, ac virtatem sibi, non Deo acceptam ferre.

In his Norisi verbis sunt plures rationes,

9. II. Norisij doctrina de virtutibus, Or. 39.

nes, qua confirmant Augustinianum assertum. Prima est, quod intendens honestatem virtutis, & illam assequens, complacet, & gloriatur: ergo vel in Domino, vel in se ipso. Non in Domino, quia alias referret ad gloriam Dei virtutem assecutam & congenitam complacentiam: quod non facit, qui non propter Deum, sed propter ipsas virtutes operatur: Ergo complacet, & gloriatur in se ipso; & hoc vitium est. Secunda, qui honeste operatur, ut alijs placeat, peccat peccato inanis gloria: Ergo & peccat qui honeste operatur, ut sibi complacat. Sed qui assequitur virtutem, sibi complacet, & in se ipso, non in Domino gloriatur; nisi vi gratiae referat ad Deum virtutem assecutam, & agnoscat à Deo acceptam: Ergo sine gratia, & viribus tantum arbitrij nostri, virtutes cum ad se ipsas referuntur; nec propter Deum appetuntur, superba, & inflatae sunt. Tertia sicut mens bona perniciose, & periculosè sibi placet; ita exposita est periculo sibi placendi, quia nihil est mente rationali præstantius, nihilque quod ipsam magis detectet: Ergo mens bona virtutibus adquisitis, exposita est magno periculo inflationis. Sed ad vincendas gravem tentationem, necessaria est gratia specialis in communia Theologorum sententia cum D. Thoma

40. De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.

1. 2. quæst. 109. Ergo virtibus tantum arbitrii nostri, dum assecurimus virtutes propter se ipsas, nec ad Deum referuntur, sunt virtutes inflatae; i.e. virtutes, sed vitia judicanda sunt. Accedit ratio etiam ex Ariminense nostro. Nam virtutes sunt vitia, dum non conformantur rectæ rationi: sed recta ratio dictat, virtutes non esse a nobis, ut tenuerunt Philosophi errantes, sed à Deo; qui ideo est etiam ultimus finis, ad quem referenda sunt: Ergo cum ita non referuntur, viciantur, & vitia judicanda sunt.

29. Prosequitur Norisius dicens: Illud autem Augustini pronunciatum, nempe virtutem, cum ob sui honestatem appetitur, esse superbam, ad philautia vitiari, probatur fuse ab eodem S. Doctore Serm. 13. de Verbis Apost. exemplo Stoicorum, qui sectabantur virtutem propter se ipsam; eorumdem tamen virtutes superbæ ancillabantur. Ibi autem introducit Paulum Athenis eum Stoicis, & Epicureis colloquentem. (Dicitur enim Act. 17. *Quidam autem Epicurei, & Stoici Philosophi disserebant cum eo*) inter alia scribit: *Dicebat Epicureus, Beatus cuius est in fructu voluptas carnis ejus. Dicebat Stoicus, immo Beatus cuius est in fructu virtus animi ejus. Dicebat Apostolus, Beatus cuius est nomen Domini spes ejus. Errat Epicureus; falsam est enim,*

¶ II. Norisij doctrina de virtutibus, &c. 41

enim, esse hominem beatum, cuius est in fructu voluptas carnis ejus. Fallitur, & Stoicus, falsum enim est, & omnino mendosissimum, beatum esse hominem, cuius est in fructu virtus animi ejus. Profectò an virtus propter sui tantum honestatem intenta, inflat habentem, ac philautiam causet, tam claram exemplo manifestè patet. Stoici enim virtutem propter ipsam sectabantur, & ideo optabant illam ut finem beatitudinis suæ: at falsò, & mendosissimè hominem talém asserebant beatum; cum nec virtuosum deberent judicare, sed vitium inanissima gloria.

Praxis ostendit verissimam Augustini sententiam in Stoicis, quorum tanta erat superbia, ut ad virtutem capessendam divino nos auxilio indigere, stultissimè pernegarent. Hac quidem uti elegantè, ita impiè inculcat Dialogista apud Tullium lib. 3. de Natura Deorum dicens: *Atque hoc quidem mortales sic habent, externas commoditates, vinea segetes, oliveta, ubertatem frugum, & fructuum, omnem denique commoditatem, prosperitatemque vitae à Diis se habere; virtutem autem nemo umquam Deo acceptam retulit. Sicut enim SS. PP. Pelagianam heresim oppugnantes, prebarunt animi bona ex Deo esse, argumento sumpto ex gratiarum actione, quas*

42. De Virtutibus infidelium ad mentem, Or.

Dico debemus pro talibus bonis; ita contraria prorsus via Stoicus pergens, scribit: *Nunquid quis, quod bonus vir esset, gratias Diis egit* ~~anquam~~. *At quod dives, quod honoratus, quod incolumis, foremque Opt. Marc. obcasus appellant; non quod nos justos, temperatos, sapientes efficiat.* Concinit huic alter ejusdem dogmatis professor Seneca, huc ad Lycium scribens epist. 20. *Huc cogitationes tuae tendunt, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota Deo remissurum, ut contentus sis te- matipso, & ex te nascientibus bonis.* En praxis Philosophorum amantium virtutes propter se ipsas, quas negabant Deo acceptas; & ideò impia superbia eas referebant ad se ipsos, unde censebant enatas. Quapropter S. Hieronymus lib. 4. in Hieremiam, & epistol. ad Ctesiphontem testatur heresim, Pelagianam ex Principibus Stoicorum veluti ex fonte manasse. Ad idem P. August. eodem Serm. 13. Pelagianos urgens, dicit: *Tu te vis agere, & te ipso vis agi ad actiones carnis mortificandas? Quid tibi prodest, quod non eris Epicurus, & eris Stoicus?*

21. Hac omnia confirmat Noris ex P. Augustino lib. 5. de Civit. Dei cap. 20. ubi relata pictura voluptatis, cui obsequabantur Epicuri, ei contraponit imaginem gloriae hu-

212

43. Norisj doctrina de virtutibus, Or. 43

manæ, cui scrivebant Stoici, & dicit: *Licet enim ista gloria delicata mulier non sit, inflata tamen est, & multum inanitatis habet. Et quasi præoccupans responsum recentiorum, addit: Nec illi se ab ista defendent feditate, qui cum aliena spernant judicia, velut glo- ria contemptores, sibi sapientes videntur, & sibi placent. Nam eorum virtus, si tamen ulla est, alio modo quodam humanae subditur laudâ; neque enim ipse, qui sibi placet, homo non est. Confirmantur etiam exemplo Angelo- rum reproborum, ac primorum parentum, quorum lapsus ex philautia ortum duxit, ut scribit S. Prosper ad Demetriadem: & de ho- mine dixit P. August. lib. 10. de Civit. Dei cap. 13. *Diabolus hominem non cepisset, nisi jam ille sibi ipse placere cepisset.* Hac omnia (ait Norisius) valide probant, virtutem etiam propter se ipsam intentam inflare, cuius ratio est: quia quilibet amore naturali diligit se, & quo plura in se bona conspicit, plus sibi complacet; unde præ alijs se estimat, & phi- lautia tumescit, ac veluti Narcissus suame pulchritudine rapitur.*

22. Unum autem contraria sententia Au- thores oppondere possent, optimè hucusque dicta concludere, si eliciens actus honestos, inde apud semetipsum inani complacentia turgescat: at si-



44 De Virtutibus infidelium ad monstra, Or. 43
ri posse, ut quis honeste operetur, v.g. dando
elemosinam pauperi, & statim ejusdem mens
alio avocetur; in quo casu neque apud semetip-
sum de bono opere per actum reflexum glo-
riabitur. Respondet Noris: Eateor quidem, si
statim mens alio à novo objecto trahatur, fieri
posse, ut nulla apud se ipsam gloria, vel jac-
tancia titilletur: at id per accidens contingit.
Nam agens morale debet considerare, an rectè
operatus sit, an optimè se habeat erga suum
finem ex illa actione: quæ quidem considerans,
amat suum opus, ac in se ipso gloriatur. Cen-
sco tamen hæc opera bona non fuisse facta ab
infidelibus, suis ipsorum viribus derelictis, sed
præmunitis specialibus Divinæ gratiæ auxilijs,
quibus forte aliquando factum est, ut rectè ope-
rantes, novo proposito objecto, de bono ope-
re minimè gloriarentur. Etenim cum adeò fa-
cilius, imò cum irreparabilis sit casus ab actu vir-
tutis in philautiam; Divinæ gratiæ fuit, quo-
ties infideles nulla ex opere bono superbia in-
tunuerentur.

Videò hanc doctrinam disserte tradi à Ri-
palda celebri inter recentiores Theologo, qui
disp. 20. sect. 6. num. 25. ait: *Rectè dicitur vo-
luntatem, in hoc ordine providentia substitutam
auxilio gratiæ, suisque viribus velictam, solum
posse superbiam. Q[uod] peccatum. Hoc pluribus ibi-
dem*

5. II. Noris' doctrina de virtutibus, Or. 45
dem prosequitur, laudans præsertim hanc S. J.
Doctoris sententiam: *Liberum arbitrium defor-
tam à Divino adjutorio, quantibet scientia te-
gis excellat, nullo modo habet justitiae solidita-
tem, sed inflationem impie superbiae.* Igitur ubi
ex opere bono nulla superbia in animo erum-
pit, Divinæ gratiæ auxilium praetulit est. Ita No-
ris. Observa sententiam istam non favere pro-
positionibus 1. 38. 39. 40. & 41. damnatis. Ques-
nelli, quibus tam de peccatoribus, quam de
Ethnicis, imò de omnibus, Liberatoris gratia
non præventis, dicitur, nihil posse, nisi super-
bia, & peccatum. Discriben sententia Augus-
tinianæ ab errore damnato, consistit in attig-
natione gratiæ requisitæ. Requirit Quesnelli
ad opera virtutum gratiam justificantem, aut
charitatem infusam, dominantem voluntati, &
imperantem actus virtutum; aut gratiam fidei,
quæ per charitatem perfectam operatur; aut
auxilia adeò efficacia, quibus voluntas omnino
succumbat. Cumque peccator non habeat gra-
tiam justificantem, nec dominantem charitatem
infusam; nihil potest nisi in sui condemnatio-
niem. Hoc damnatum est à Tridentino, & no-
vissimè à Clemente XI. Rursus si gratia efficax
est talis, tollit libertatem indifferentiæ: & hoc
prædamnatum est in Calvino, & Jansenio. Sen-
tentia Noris explicantis P. Augustinum, gra-

Eiam requirit tantum ihera ordinem naturae, sic videbimus, vel supernaturalem à Spiritu Sancto sanctum moveant, quæ quidem non solum fidelibus, sed & infidelibus interdum conceduntur; nec capit voluntatem, sed trahit, servata libertate, & potentia illam abijtiendi. Videatur Ripalda disput. 20. sect. 6. ubi ex Concilijs, & Patribus ostendit imbecillitatem naturæ gratia definita. Ibi sect. 12. probat gratiam auxiliantem Gentiles, & subsequentibus lectionibus tradit doctrinam SS. Patrum, & Theologorum pro præsenti asserto.

23 Norisius ultra Ripaldam allegat pro sententia nostra illos insignes Theologos Augustinianos Gregorium Ariminensem, & Gasparem Casalium Lusitanum: ex exteris citat P. Macedo Minoritam in contine D. Augustini quest. 2. de necessitate gratiae. At quia duo sunt principia sententie nostræ fundamenta, quod libet novos sententie nostræ adauget patronos. Fundatur sententia nostra primo in eo, quod vera virtus debet in Deum finem ultimum referri. Hoc assertum patronos habet Doctores Lovanienses teste Cardinale de Aguirre tomo 31 disput. 129. & 130. ubi sententiam istam incepisse dicit à quadraginta ferè annis eam prius traditam dicit à Michaelen Bajo, & postea à Jansenio; immo & ante utramque ab Hersfari-

chis

chis saeculi precedentis; quapropter in illam invenitur veluti in exitiale dogma omni argumentorum genere. At venia tanti Eminentissimi Doctoris, sententia de relatione in Deum requisita ad veram virtutem moralem, quantumvis sterilem, sicut P. Augustini est, & aliorum Patrum, quos allegat Norisius; sic fuit communis apud Doctores Scholasticos usque ad annum 1344. in quo dictabat N. Ariminensis Patris, ut constat ex ipso in 2. dist. 38. art. 1. ubi probata sua, & tunc temporis communis sententia, allegat in contrarium M. Franciscum de Trivio Ordinis Predicatorum, & dicit: *Est opinio cujusdam R. Doctoris moderni, qui nuper inter cetera sua dicta posuit, quod actus morali rares aliqua debita circumstantia, etiam si sit circumstantia finis, que inter omnes secundum eum est precipua; absque tamen positione circumstantie oppositæ, & male, non est moraliter malus, nec vitiosus, nec peccatum, sed est bonus moraliter, & virtuosus.*

Non ergo opinio de relatione in Deum, requisita ad veram virtutem, novissime incepit, sed fuit communis sententia Patrum, & Theologorum per decem ferè saecula à tempore P. Augustini usque ad tempora Ariminensis nostri, quibus modernus

Magister Dominicanus incepit contrariam propugnare. Nec veritati sententiae Augustiniana, cuiusque solidicati quidquam detraxerunt Bajus, & Jansenius, sicut & haeretici saeculi praecedentes: ut enim observatum est, Heterodoxi ad veram virtutem desiderant relationem in finem ultimum charitatis, & per charitatem iufusam, ac prædominantem voluntati. Hoc erroneum est, & prædamnum à Tridentino, iterumque proscriptum in Bajo, Jansenio, & Quesnello: Longissime distant ab hoc errore Ariminensis, Noris, & alij Doctores sententiae nostræ, qui charitatem adquisitam, ac proinde naturalem sufficere dicunt ad talem relationem. Et sicut sententiae Thomisticæ non officit, quod Calvinus docuerit gratiam efficacem; sic nostræ non obstat, quod Heterodoxi vitiaverint asserta Augustiniana, sicut solent Scripturas Sanetas, & Patrum testimonia.

24 Secundum fundamentum, & præcipuum sententia nostræ est, quod vera virtus est opus morale bonum, nulla parte vitiatum; nec stare potest sine Dono Dei, ex viribus tantum arbitrij nostri, ut contendebant Pelagiani. Necessitas ista gratiæ ad opera virtutum, dupliki principio probatur: nempe ex generali impotentia hominis lapsi ad opus bonum morale sine speciali Dei auxilio. Hanc

sen-

sententiam docent N. Ariminensis in 2. dist. 28. art. 1. Castro lib. 7. contra Haeretos, verbo Gratia. Roffensis art. 36. contra Lutherum. Petrus de Soto de Sacram. Pœnit. sect. 16. Vazquez i. 2. disp. 190. ubi allegat plures DD. Eandem tenuerunt Hurtado, Tarrianus, Meratius, & alij: sed præ cæteris acerrimè Dominicanus Contensonius tom. 5. de Gratia dissert. 2. speculat. 2. ubi hanc thesim statuit: Nullum prorsus, etiam moralis ordinis bonum velle, vel efficere, absque speciali Dei adjuvantis gratia in statu naturæ lapsæ homo potest. Addit statim: Quæcuidem gratia, ut in cetera fidem communiter presupponat, non tamen necessariò; & multò minus gratiam habitualem, vel charitatem. Hæc est ipsissima Ariminensis sententia, quam cum novissime defendat acerrimè Dominicanus Contensonius, colligitur quam leve sit in hac parte Goneti judicium, dum tom. 4. disp. 1. de Necessitate gratiæ art. 3. §. 5. num. 153. assertit dux Lessio, sententiam Ariminensis una cum Michaeli Bajo à Pontificibus esse damnatam, nec seire qua ratione tutò, & sine periculo posse hodiè sententiam istam defendi. De hoc alibi Deo dante fusiùs disseremus.

Alterum principium Augustiniani assertum sumitur ex gravi periculo omnis operantis vice

D



50 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
tatuni officia, si non præveniatur gratia ad
vitandam inanem gloriam. Periculum hoc
sufficientissimè demonstratur à Norisio ex doc-
trina P. Augustini: nec potest homo viribus
tantum naturæ tale periculum vitare. Si enim
communis Theologorum sententia necessariam
dicit specialem gratiam ad victoriam, etiam
sterilem, gravis temptationis: ergò ex commu-
ni DD. sententia tenendum est, necessariam
esse specialem gratiam omni operanti officia
virtutum, ut depellat insurgentem inanem
gloriam, & ut sit vera virtus, & non inflata
apud Deum, & homines.

25 Pro eadem Augustini sententia ad-
ducit Noris SS. Patres, ac nobilissimos Doc-
tores, nem. pè S. Leonem Magnum Serm. 2.
de Jejunio Pentecostes: Bonifacium II. in epist.
ad S. Cæsarium Arelatensem, S. Fulgentium
cum Synodo Byzacenorum Patrum in Sardi-
nia exulum, S. Prosperum in epist. ad Rufi-
num, & in carmine contra ingratos cap. 16.
Sed præ cæteris Julianus Pomerius, cuius li-
bros laudat S. Isidorus, sententiam Augustini
plerè exscribit lib. 3. de Vita Contemplativa
cap. 1. ubi ait: *Hæc, & si possunt humano*
ingenio discerni, tamen sine dono Dei, quan-
tum mihi videtur, nec virtutes possunt appe-
ti, vel baberi; nec earum similitudines, qua-

g. II. Norisij doctrina de virtutibus, &c. 51
sunt vitia virtutes imitantia, declinari in tan-
tum, ut infidelibus nihil profuisse credamus,
etiam si sunt aliquas per corpus operati vir-
tutes: quod eas nec à Deo suo se accepisse
crediderint, nec ad eum, qui est finis om-
nium bonorum, referre voluerint.

In eadem sententia fuit Beda præfat. ad
Cant. ubi Pelagij sententiam de virtutibus
Philosophorum impugnat, scribens: *Quod er-*
go dicit, multos Philosophorum patientiam,
castitatem, modestiam, aliasque de naturæ bo-
no babere virtutes; constat, quia quicumque
Philosophorum Christum Dei virtutem,
& Dei sapientiam nescierunt, nec ullam veram
sapientiam babere potuerunt. In quantum ve-
rò, vel gustum aliquem sapientiæ cuiuslibet,
vel virtutis imaginem babebant, totum hoc
desuper acceperunt; non solum munere prime
creationis, verum etiam quotidiana ejus gra-
tia. En sententia Augustini de infidelibus, in
quibus nulla fuit virtus viribus naturæ, & mu-
nere creationis primæ; si quæ fuit, ex gratia
fuit. Concinuit Augustino S. Rhemigius cum
sua Ecclesia Lugdunensi lib. de tenenda Ve-
ritate Sacrae Scripturæ cap. 11. ubi ait: Sed
bujusmodi humana bona, quæ humana affec-
tione potest velle, potest nonnumquam agere
humana natura. Cum propter temporalia bona

52 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
appetuntur fine dubio cupiditates sunt : cum
propter solam vita honestatem, sine dubio in-
flata, & elata sunt. Tamen potest ea discer-
nere, potest etiam velle, potest etiam habere,
in quantum naturali bono adjuvatur, & Dei
dispositione permittitur humana natura. En ples-
nè Augustini sententia, & expositio Norisij,
qui non requirit gratiam supernaturalem, sed
ordinis naturæ, ut opera virtutum in Deum
ordinentur, & sint vere virtuosa, ex officio
& fine.

26 Doctores sententiae contrariae, ne vi-
deantur S. Doctori adversari, dicunt tundem
negasse opera infideliū esse bona, id est me-
ritoria, ut Pelagiani contendebant. Reponit
Norisius : sed hi planè Augustini libros per-
functorie legerunt ; numquam enim Julianus,
& alij Pelagiāni admiserunt opera meritoria,
seu donantia jus ad gloriam sine gratia justifi-
cante. Juliani verba audiantur apud Augusti-
num lib. 4. contra Jul. Cunctarum, inquit,
origo virtutum in rationali animo sita est, &
affectus omnes, per quos aut fructuosè, aut
sterilitè boni sumus, in subjecto sunt mentis
nostræ, prudentia, justitia, temperantia, for-
titudine. Hinc igitur affectuum vis, cum insit
omnibus in eunaliter, non tamen ad unum fi-
dem in omnibus properat ; sed pro iudicio vo-

luntatis, cuius nutui serviunt, aut ad aeternam,
aut ad temporalia diriguntur. Quod cum sit,
non in eo, quod sunt, non in eo quod agunt,
sed in eo solum variant, quod merentur. Rus-
sus ibi : Ego sterilitè bonos dixi homines, qui
non propter Deum faciendo bona, quæ faciunt,
non ab ea vitam consequuntur aeternam. En
Julianus virtutes viribus naturæ ab infideli-
bus adquisitas, veras virtutes secundum subs-
tantiam appellabat ; negabat tamen esse meri-
torias vitæ aeternæ.

At è contra Augustinus intulit, opera
sterilia non posse dici bona, sed tantum mala:
Tum ex defectu relationis in Deum : tum ex
inde derivata philantia, ut supra exposui-
mus. Tibi, inquit S. D. virtutes sine fide sic
placent, ut eas veras prædictas eisque bonos
esse homines ; & rursus, quasi te pœnituerit
laudis earum, steriles pronunciare non dubites.
Rursus : Aut certè, quoniam saltè concedis
opera infideliū, quæ tibi eorum videntur
bona, non tamen eos ad salutem sempiternam,
regnumque perducere, &c. Hoc autem Pela-
giani asserebant, quia credebant cum Catho-
licis, per solam gratiam sanctificantem homi-
nes fieri filios Dei adoptivos cum jure ad glo-
riam ; quod jus viribus naturæ habeti posse ne-
gabant. Legantur eorum testimonia apud Au-

54 *De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.*
gustinum lib. de Peccat. orig. cap. 5. lib. 6.
contra Jul. cap. 17. & clarissime lib. 3. oper.
imperf. cap. 108. & 117. & lib. 5. cap. 9.
Ex quibus evidentè ostenditur, Pelagianos
non admississe in infidelibus opera meritoria
gloriae; sed tantum de eorum bonitate secun-
dum substantiam cum Augustino contendisse:
quare solutio data à DD. contrariae senten-
tiae, ne Augustino contrariantur, insufficiens
est.

27 Verosimilior est solutio asseren-
tium, Augustinum dixisse, illa opera esse pec-
cata, quæ in Deum finem ultimum non ref-
runtur *positivè*, non autem *negativè*: v. g.
qui continens est, ut sibi, vel alijs placeat,
gloriam apud se, vel alios querens, peccat;
quia inanem gloriam *positivè* sibi finem il-
lius pudicitiaz destinat, & tunc *positivè* illud
opus deviat à Deo tanquam ultimo fine. At
si continentiaz propositum eliciat, motus ho-
nestate tantum operis, nec in eodem apud se,
vel apud alios gloriatus; tunc ille actus *nega-*
tivè Deum non respicit tanquam ultimum fi-
nem, ex nulla tamen parte vitiosus apparet.
Huic solutioni consonat alia dicentium, opera
virtutum ex suis intrinsecis ordinari in Deum
finem ultimum, nisi positivè deordinantur ab
operante: Ergò cum non semper ita deordi-

ncis

55 *S. H. Norisij doctrina de virtutibus, &c.*
mentur, sunt veræ virtutes, licet ab operante
non ordinantur in Deum positivè.

Norisius dicit doctrinam istam admitti
posse, præsertim quia S. Doctor inde virtu-
tes Gentilium vitiari docuit, quia ipsi de illis
apud se, vel apud alios gloriam quererent.
Hec enim intelligenda sunt de actibus virtu-
tum per accidens non vitiatis, ut in prima
eorum productione contingere diximus. Nam
si diutius quis actum virtutis frequentet, sine
speciali Dei auxilio non potest à philaucia
apud se, vel alios temperare. Ita Norisius:
nec inde inferas concedere, posse hominem
sine gratia vitare periculum in prima operum
productione. Nam ut vidimus num. 22. spe-
ciali auxilio tribuit, quod operans, novo pro-
posito objecto, de bono opere non glorietur.
Est ergò necessarium auxilium non solum ad
ordinationem operis in Deum, sed ad vita-
dam positivam deordinationem. Quare licet
admittamus, esse virtuosa opera, quæ positi-
vè non deordinantur; nihil concluditur con-
tra Augustinianam sententiam; nam pro vi-
tanda tali deordinatione, requiritur in prima
operis productione gratia, mentem alio revo-
cans, ut dictum est num. 22. & pro conti-
nuatione diurna requiritur potior gratia, ut
hic advertit Norisius.

D 4

28. Duo restant ex Norisio proponere; nempe infideles aliquando veras virtutes exercisse, sed ex dono gratiae. Alterum explicare, quam gratiam Norisius exigat ad veras virtutes infidelium. Primum Norisius proponeit sic: Quod autem infideles ex speciali gratiae auxilio quandoque bene operati fuerint, probatur ex lib. i. ad Bonif. cap. 20. ubi Augustinus lenitatem in Assueri Regis animo repente natam, gratiae adscribit, dicens: *Con Regis antequam mulieris sermonem poscentis audisset, occultissima, & efficacissima potestate convertit, & transstulit ab indignatione ad lenitatem, hoc est, de voluntate laedendi ad voluntatem favendi.* Idem repetit lib. de Gratia Christi cap. 24. Praterea epist. 130. continentiam Polemonis Divinæ gratiae deputandam scribit, dicens: *Tamen ne id ipsum quidem, quod melius in eo factum est, humano operi tribuerim, sed Divino.* Rursus cap. 7. de Prædest. SS. tradit omnia bona opera Cornelij, antequam crederet, Deo accepta referenda esse. Item lib. de Patientia cap. 26. docet Schismaticum, qui timore pœnarum aeternarum cruciatus sustinet, ne Christum neget; bene, licet citra meritum vitae aeternæ, agere: unde ait: *Nullo modo ista culpanda sunt, immo vero, & bac laudanda patientia est.*

TAN-

Tandem ibi cap. 27. dicit: Neque enim hoc non est bonum, ut credat homo aeterno supplicio se esse puniendum, si negaverit Christum; ut pro ista fide qualecumque supplicium perferat, & contemnat humanum. Proinde sicut negandum non est, hoc etiam esse donum Dei; ita intelligendum est, alia esse Dei dona filiorum illius Hierusalem, que sursum libera est Mater nostra. Hæc sunt enim quodammodo hereditaria, in quibus sumus heredes Dei, cohæredes autem Christi. Alia vero, quæ possunt accipere etiam filij concubinarum, quibus Iudei carnales, & Schismatici, vel hereticis comparantur. Ecce in Gentilibus, in Judeis, Hereticis, & Schismaticis agnoscit Augustinus bona opera laudanda, utpote dona Dei: ergo licet in eis neget veras virtutes, viribus arbitrij sui comparatas; non tamen quæ procedant ex dono, & gratia Dei.

29. Hinc colligitur qualis sit gratia, ab Augustino requisita, ut virtutes morales sint veræ virtutes, & dignæ laude, quantumvis steriles. Non enim requirit Augustinus dona propria filiorum Dei, & talia sunt gratia justificans, charitas infusa, & motio Spiritus Sancti inhabitantis. Cum enim dona ista non sint in infidelibus, in Judeis, & Schismaticis; immo nec in peccatoribus fidelibus; horum ne-

mo posset unquam bene, & laudabiliter operari: cuius contrarium docet Augustinus, & à Tridentino primum, deinde à Pontificibus diffiditum est contra Bajanos, & Jansenistas. Requirit ergo P. Augustinus ea auxilia, quæ dantur etiam filij concubinarum, Judæis carnalibus, Schismaticeis, & Hæreticis: talia sunt auxilia intra ordinem naturæ specialia, & indebita; interdùm etiam supernaturalia à Spiritu Sancto, nondùm inhabitante, sed tantum inveniente. Neque enim dum cor Regis Assueri repente transstulit de ira in lenitatem, id efficit supernaturali auxilio, sed efficacissimo intra ordinem naturæ. Et sicut Patres supra allegati. num. 25. consonant Augustino in principali asserto, sic conformantur in designanda gratia. Ven. Beda dicit Gentiles adjuvari qua-
tusiana gratia. S. Rhemigius dicit: *In quantum naturali bono adjuvantur.*

Cumque P. Augustinus sepè probet assertum præfens ex illo Apost. Omne, quod non est ex fide, peccatum est; ne quis censeat Augustinum requirere fidem supernaturalem, quæ per charitatem operatur, ut tenent Novatores; aut fidem explicitam in Christum, quam habent fideles tantam intra Ecclesiam; adductio testimonio Augustini de Cornelio Gentili, dicit Norisius: *Eis quibus patet ad refe-*

g. II. Norisij doctrina de virtutibus, Q. c. 59
renda opera bona in Deum, non requiri fidem in Christum, sed satis esse fidem in Deum; imò folam fidem etiam acquisitam sufficere, colligitur ex lib. de Patientia cap. 26. Q. 27. Ubi Schismaticorum patientiam, Q. bonam esse, Q. laudandam scribit. Fides acquisita naturalis est, & pro usu illius sufficit auxilium ordinis naturæ. Eandem fidem, & gratiam expressit N. Ariminensis in 2. dist. 38. & dict. 26. Imò cum Norisius allegaverit verba nostri Casalij, requirentis ad veras virtutes fidem supernaturalem, reponit: *Sed non adeo rigo-
rosè de operibus infidelium.* S. Doctor locutus est; nam aliquos quandoque virtutum actus eosdem elicere, palam concessit, ut ex dictis satis appareat.

30 Hæc est summa doctrinæ Norisij, qui noluit disolvere contraria objecta, quoniam convicenter soluta putavit ab Ariminensi nostro in 2. dist. 26. quæst. 1. Placet tamen propone, & depellere, quæ operose contra sententiam nostram congesit Cardinalis Aguirre tomo 3. disput. 129, num. 12. ubi contra DD. nostros varia deducit absurdâ. Primum est, omnia prorsus opera infidelium esse, ac fuisse peccata coram Deo. Quod in Bajo damnatum est prop. 26. Sequela probatur, nam in infidelibus non fuit ulla relatio operum ad Deum finem

60 *De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.*

ultimum, propter se dilectum amore supernaturai. Hic enim necessariò supponit fidem Theologicam, quæ nullum habet locum in infidelibus. Respondemus negando sequelam, quia ut vidimus, & probatum est, sufficit ad relationem operum in Deum finem ultimum fides naturalis, & adquisita, quæ potest esse in infidelibus, hæreticis, & Schismaticis. Nec requiritur amor supernaturalis finis ultimi, sed sufficit naturalis, ut propter ipsum finem amatum imperentur, & ad Deum referantur opera virtutum. Præterquamquod etiam si necessaria esset fides supernaturalis, non esset præcisè fides infusa, & Theologica; sed sufficeret fides lata, id est illustratio supernaturalis, regulativa aliqualis amoris inchoati, quæ interdum infidelibus etiam dispensatur; & frequentissimè juxta sententiam Ripaldæ tomo 1. disp. 20.

31 Secundum est, quod non solum infideles, sed etiam fideles, dum in statu peccati solvunt debita, præbent eleemosinas, & exercent alia opera virtutum; re ipsa peccabunt. Imò in ipsis peccatoribus sequitur, esse peccaminosos actus Fidei, Spei, & pœnitentia Christianæ. Sequela patet, nam actus isti non possunt referri in finem ultimum charitatis à peccatore, in quo non regnat charitas, dum in statu peccati servit dominanti cupiditati. Dic idem de Attritione.

32 *Norisij doctrina de virtutibus, &c. 61*

tione, ex metu pœnarum concepta, dum non innititur alicui dilectioni supernaturali Dei propter se. Respondemus negando sequelam, quæ in Bajo, & Quesnello damnata est, & jam pridem contra Lutheranos à Tridentino Sess. 6. cap. 7. & 8. Nostra sententia non petit ad relationem operum in finem ultimum charitatem infusam, ut ponunt Bajani; immo nec charitatem actualem supernaturalem, quam sine absurdio aliquo necessariam dicunt aliqui DD. Sufficere dicimus charitatem naturalem, & adquisitam; quare longissimè dictanitus à Bajana damnatione. Ad aliud de Attritione, vide dicta à nobis lib. de Distinctione statuum quest. 1. numer. 118. ubi contra Quesnellum egimus de timore utili, & inutili. Ibi videbis controversiam Augustinensium, requirentium aliqualem auctoritatem ad attritionem intra Sacramentum. Decretum extat Alexandri VII. ne quis in hac controversia censuret opinionem contrariani. Probabilior videtur nobis sententia Augustinensium, exigens ad utilem attritionem aliqualem dilectionem Dei.

32 Tertium est, quod in hominibus infidelibus, dum existunt in statu peccati, non innabit fides supernaturalis, nec 1pes Theologica; nec virtutes morales ante peccatum adquisitæ; nec denique ullum ipsorum exercitium. Seque-

62 *De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.*

la patet, quia sicut sine charitate nullum est opus virtutis, sic & nulla virtus: eo maximè quia DD. hujus sententiaz nullam agnoscunt vir autem à charitate distinctam. Sequela damnata est à Tridentino Sess.6. can.28. ubi proscripti dicentes, fidem amitti per quodlibet peccatum mortale. Respondemus negando sequelam: quæ licet teneat contra Bajanos, requirentes charitatem insusam ad relationem operum in Deum, ut solide tomo 3. ostendit Ripalda; non urget DD. sententiaz nostraz, qui salvant virtutes, & actus eorum per relationem in Deum finem ultimum charitatis naturalis, aut supernaturalis inchoataz, quæ potest esse in peccatore. Sed quia DD. contrariaz sententiaz nos involvunt cum Bajanis, non mirandum, urgeant contra nos absurdaz Bajana.

33 Quartum est, quod etiam homines justificati, qui semel tantum in die, hebdomada, aut mense, sc̄ ipsis, & omnia sua offerunt explicitè in Dei obsequium per dilectionem supernaturalem; efficient vitiosas, & suppicio dignas innumeraz actiones in materia Fidei, Spei, Religionis, & aliarum virtutum moralium. Patet conseq. quia actus dilectionis jam transactus, non existit sufficienter, ut possit influere in actus subsequentium virtutum, & illos referre in finem ultimum charitatis. Sequela est durissima,

g.II. *Norisij doctrina de virtutibus, &c. 63*

firma, & absurdaz. Respondemus negando sequelam ex doctrina D. Thomæ, & omnium Philosophorum, docentium, quod sicut intentio est actus voluntatis directè terminatus ad finem, & indirectè est amor mediorum; ita electio terminatur directè ad media, & indirectè, aut in obliquo attingit finem. Quare omnis justus, qui propter Deum exercet opera virtutum, ipso exercitio amat Deum. Præterquamquod prima dilectio, quæ transit, manet virtualiter in actibus subsequentibus; & sic sufficienter existit, ut justus possit referre opera virtutum in finem charitatis.

34 Quintum est, quod omnes actiones in materia virtutuali, elicitz ab homine justo propter præmium à Deo obtainendum, erunt illicitaz. Patet sequela, quia tales non ordinantur in gloriam Dei, nec in Deum propter se dilectum; sed in utilitatem spiritualis præmij, aut temporalis, à Deo sperati. Similitè omnis actus Spei Theologicaz erit vitiosus; cum non oriatur ex amore Dei, sed ex amore boni, cedentis in commodum hominis spectantis. Sequela damnatur à Tridentino Sess.6. can. 26. & 31. expressèque contraciatur Davidi dcenti Psalmo 118. *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in aeternum propter retributionem.* Respondemus negando

64 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.

sequelam, immo & suppositum antecedentis. Supponitur enim, quod per spem non amatur Deus, sed commodum temporale; quod quidem falsissimum est, & spes non esset virtus Theologica, de cuius ratione est immediate terminari ad Deum. Per spem ergo immedia-
tè amatur bonitas, quæ in Deo est; non quidem præcissè, & absolute in se, sed relativè, quatenus nobis communicabilis in eo dono, quod speramus. Unde amor ille est ordinatis-
simus: bonitas enim, quæ est in Deo, amatur ut finis *qui*; ut autem nobis communicabilis, amatur ut finis *cui*. Vide dicta à nobis contra Quesnellum lib. de Dist. statuum à num. 102.

35 Sextum est, impossibilem omnino esse statum naturæ puræ. Patet sequela, quia im-
possibilis est creatio hominis in eo statu, ut nequeat agere quidquam boni: sed juxta nos-
tram sententiam nihil est bonum, nisi refera-
tur in finem ultimum charitatis; nec potest re-
ferti sine dilectione supernaturali, quæ quidem
non esset possibilis in statu naturæ puræ. Se-
quela damnata est in Bajo dicente prop. 55.
*Deus non potuisset ab initio talem creare homi-
nem, qualis nunc nascitur.* Respondeo negan-
do sequelam, quia in Norisij sententia sufficit
charitas naturalis ad referenda in Deum ope-
ra virtutum; charitas ista naturalis compatit
cum

36. II. Norisij doctrina de virtutibus, &c. 65
cum statu possibili puræ naturæ. Ripalda, &
alij DD. exigentes charitatem supernaturalem
imperfectam, & inchoatam; loquuntur ex vi præ-
sentis supernaturalis providentiae; in alia vero
naturali possibili non exigerent auxilia super-
naturalia.

- ou 36 Septimum, ex nostra sententia sequi-
tur, veram esse propositionem 27. damnatam
in Bajo, nempe liberum arbitrium sine gratiæ
Dei adjutorio, non nisi ad peccandum valet.
Proib. sequela, quia in nostris principijs nihil est
moraliter bonum, nisi referatur in Deum finem
ultimum charitatis: sed ad diligendum ita finem
ultimum, & ad referendum in illum opera no-
stra bona, requiritur adjutorium gratiæ Dei: er-
gò sine tali adjutorio in nostra sententia libe-
rum arbitrium non valet, nisi ad peccandum.
Respondemus, quod sic arguentes confundunt
sententiam damnatam Baij. cum assertis P. Au-
gustini, & Concilij Arausican. Non enim dam-
natur ea propositio Baij, nisi in sensu ab asser-
toribus intento, ut expressè monent Pontifices
in Bulla damnationis. Vide dicta in libro nos-
tro de S. Vocatione quæst. 8. n. n. 61: ubi inve-
nies sensum damnationis, & quam longe ab eo
distant DD. sententiae nostræ.

37 Octavum est, quod ex nostra senten-
cia sequitur hæc propositio Baij. damnata ordi-

66 De Virtutibus infidelium ad mentem, Qe.

de 21. cui laffines sunt 3. 4. 5. 7. & 9. in eadem Bulla Pij V. proscriptæ: *Humana natura sublimationem, & exaltationem in consortium Divinae naturæ, debitam fuisse integratæ primæ conditionis, & proinde naturalem dicendam esse, & non supernaturalem.* Prob. sequela, nam integratæ primæ conditionis naturæ rationalis certissimè debetur potestas ad agendum aliquid bonum morale: sed in nostra sententia ad omne opus morale requiritur potestas referendi illud in finem ultimum charitatis; nec potestas illa ad relationem supernaturalem stat sine gratia supernaturali, & elevatione ad consortium Divinae naturæ: ergò elevatio ipsa est debita primæ conditioni; & sic dicenda est naturalis. Respondemus negando sequelam, quia in Norisij, & Ariminensis sententia, non requiritur charitas supernaturalis, sed sufficit adquisita, & naturalis, ut opera virtutum referantur in finem ultimum. Ripalda, & alij DD. exigentes relationem operum supernaturalem; loquuntur non absolute, sed ex suppositione præsentis providentiae supernaturalis: quæ cum sit absolute indebita; indebita est etiam supernaturalis gratia requisita. Quare longissimè distant adhuc DD. isti à propositionibus Baij damnatis.

38. Nonum est, sequi ex sententia nostra;

pos-

g. II. Norisij doctrina de virtutibus, Qe. 67

potsibilem esse, imò & de facto idari substantiam creatam supernaturalem: quod omnes Catholicæ de facto negant, & fere omnes impossibile censent. Prob. sequela, nam substantia rationalis, ex vi sua primæ conditionis capax diligendi Deum, charitate Theologica, & referendi actiones in ipsum ita dilectum; nequit non esse substantia supernaturalis: sed in nostra sententia talis est homo, ut constat ex illatione 8.: ergò, &c. Respondemus negando sequelam propter dicta in præcedenti solutione.

39. Decimum absurdum contra nos illatum est, sequi ex nostra sententia esse peccata mortalia omnia opera ex officio honesta, quæ non referuntur in gloriam Dei. Consequens est absurdum, & damnatum. Prob. sequela ex testimonij pro nobis adductis lib. 4. cont. Jul. capit. 3. ubi P. Augustinus docet, actiones non relatas in Deum, facere homines *injustos, & plenos nigredine peccatorum.* Rursus ut arguant DD. nostri, homo per eas actiones ita utitur, sed frui tur creatura: ac proinde collocat in ea sibi rationem ultimi finis. Hoc autem palam est peccatum mortale. Rursus sequitur omnia peccata etiam in materia levi, debere esse mortalia: Tùm quia in his non est relatio ad Deum finem ultimum; tùm etiam quia in eis homo magis frui tur creatura, quam in actionibus ex

E 2

officio honestis. Hoc consequens contrariatus sensui totius Ecclesie, & est affine heresi, damnata à Tridentino, qua aliqui assertabant omnia peccata esse mortalia. Respondemus primò, instando argumentum in contraria, & communiori sententia. Nam opus honestum v.g. eleemosina, data propter inanem gloriam, certissime est peccatum, nam ordinatur ab operante in finem gloriae inanis: & tamen argumento facto probari potest esse peccatum mortale. Cum enim Deus non sit primum principium peccati adhuc venialis, nequit esse ultimus finis illius: ergo in casu dicto, & in omni peccato veniali, peccans agit propter finem creatum; & sic in omni peccato veniali deordinata fine, tollens à Deo affectivè rationem ultimi finis, & illam collocans in inani gloria, aut in aliquo alio creato. Sic fruitur bono creato omnis peccans venialiter; & consequenter juxta argumentum omnis peccans venialiter, peccat mortaliter.

Directè respondemus cum P. Augustino in Enchir. cap. 78. ubi ait: *Quæ sunt autem levia, & quæ gravia peccata non humano, sed divino sunt pensanda iudicio: quia videlicet discernere difficillimum est.* Doctores autem tria communiter requirunt, ut aliquid sit peccatum mortale, & quolibet deficiente, peccatum est.

C.H. Norisij doctrina de virtutibus, &c. 69
veniale. Requisita sunt plena advertentia, plenus consensus, & materia gravis. Licet enim operans officia virtutum propter inanem gloriam, finem operis collocet in aliquo creato, & quidem inanissimo; excusari potest à mortali, vel propter materiam levem, vel propter defectum considerationis, vel propter defectum pleni, & deliberati consensus. Quare sicut in sententia arguentis non omnia peccata sunt mortalia, nec omnis operans propter finem pravum, peccat mortaliter: ita nec in sententia nostra semper peccat mortaliter, quicumque propter finem inanis gloriae, aut aliud præposterum, exerceat opera virtutum.

40. Fandem sequitur ex nostra sententia veram esse propositionem 38. Bajj damnatam, qua dicitur: *Omnis amor creature rationalis, aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, quæ à Joanne prohibetur; aut laudabilis illa charitas, qua per Spiritum Sanctum diffusa, Deus amatur.* Prob. sequela, nam per nos omnis amor deliberatus, sicut & omnis operatio libera, quæ non dicit orsum ex influxu formali, aut virtuali charitatis Divinæ, & supernaturalis, quo referatur in Dei gloriam; est vitiosa, & mala moraliter defectu finis debiti: ergo est vitiosa cupiditas, qua mundus diligitur. Nullus ergo amor deliberatus est in crea-

tura, & nulla libera affectio, quæ non sit vel vitiosa cupiditas, vel laudabilis charitas. Respondemus, hoc & reliqua argumenta gratis congeri contra DD. nostros, & animo tantum impugnandi. Et licet Eminentissimus arguens inanes dicat solutiones nostras; nobis videtur inanis potius dicenda prætensa absurdæ: quæ licet contra Bajanos, exigentes charitatem infusam ad omnia opera moraliter bona, legitime ducantur; scilicet contra Catholicos sententia nostræ DD. Breviter dicimus, argumentum factum non tangere Norisium, qui pro relatione virtutum exigit tantum charitatem naturalem: ergo tuetur amorem medium inter cupiditatem, & charitatem infusam. Vide dicta lib. nostro de dist. statuum quæst. i. num. 101. Qui verò ex nostris exigunt amorem Dei supernaturalem, non petunt charitatem infusam, & perfectam; sed inchoatam, & imperficiam, quæ potest esse in peccatoribus, & re ipsa est, dum se disponunt juxta Tridentinum, ad obtainendam justificationis gratiam.

*** *** ***

**EXPENDUNTUR OBJECTA NOVI
scriptoris contra Cardinalem No-
risium.**

41 **P**rimarius Emeritus in suo laboriosissimo contra Quesnellium operæ, ubi pro Apostolico judicio Constitutionis Unigenitus, & pro doctrina SS. Patrum, præsertim S. Augustini, se decertare spondet; Norisum nostrum S. R. E. Cardinalem, licet probatum, animosè aggreditur §. 5. qui totus est de Amore Dei; & a fol. 314. vix Norisum nominat, & statim eum in multis accusat. Egimus §. 1. de Accusationibus: nunc erit sermo noster de impugnationibus, quas ne Lector putaret levissimas, curavit Emeritus eas commendare sequenti grandiloqua, & strepitoso præfatione. Dicit sic „ fol. citato num. 22. *Verum* quia penetralia „ ejusdem arnamentarij, è quo Doctus Car- „ dinalis sua depromit argumenta, judicium „ aliud, quam quod ipse concipit de sententia „ S. Augustini, aliaque longè diversa arma „ etiam & alijs locis reconditis ejusdem, pro „ genuino sensu illius nobis suppeditant; ea „ non perfunditorie, sed accurate introspicere,

72 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
,, & dedit opera explicare aggredimur, ne
,, Quicquid aut ejus defensores, ut tanto suf-
,, fragio, & Cardinali S. R. E. probato, se
,, obtegere queant. Et primum supponendum
,, est, totum negotium, & conatum Augusti-
,, ni eo loci fuisse debellare præcipuum illud
,, Pelagij dogma, quod videlicet, sine ulla
,, gratia per Christum, sed solis viribus na-
,, turæ, optime fieri poterant, fiebantque,
,, opera virtutum ad salutem conducentia. Ad
,, cuius erroris defensionem Julianus sequentia,
,, qua Augustinus ex ipso allegat, affere-
,, bat. *Sed* *autem* *ad* *hunc* *propositum*
uit *autem* *S.* *P.* *Augustinus* *lib.* *16.* *contra Faustum* *cap.* *26.* scribit: *O hominem cogitantem*
se dictorem, & alium non cogitantem contra-
dictorem! Si errata hujus brevissime supposi-
tionis quis vellet notare prolixè, plura pos-
set deprehendere, quam verba numerare. Pri-
mò, suppositio est falsa: nam falsum est, &
a Norisio demonstratum, quæstionem Augusti-
ni cum Juliano fuisse circa virtutes fructuo-
sas, elicas sine gratia. Vide dicta numer. 26.
ubi hoc demonstratum est a Norisio nostro, &
validissime probatum ex varijs locis P. Au-
gustini. Numquam hæreticus fructuosas contem-
dit virtutes sine gratia, sed steriles; veras ta-
men, & quæ operantem redderent virtuosum.

Au-

73 *Expenduntur objecta nosti, &c.* 73
Audiatur igit̄ hæreticus apud Augustinum lib. 4.
contrari Jul. cap. 2. ubi pro sententia sua ait:
Ego sterilitè bonos dixi homines, qui non
propter Deum faciendo bona, quæ faciunt, non
ab eo vitam consequuntur eternam: Ergò falsò
supponitur ab Emerito, præcipuum fuisse Pe-
lagij dogma, quod sine ulla gratia per Chris-
tum, sed solis viribus naturæ fieri poterant,
fiebantque opera virtutum ad salutem con-
ducentia.

Præterea, materia hujus suppositionis,
est una eo solutionibus excogitatis a DD. sen-
tentiae contrariae, ne videantur adversari P.
Augustino in præsenti quæstione. Solutio ista
validissimè impugnatur à Norisio, ut vidimus
num. 26. Ergò debebat Emeritus, si Nori-
sium attente legisset, ut constito, & non præ-
cipitanter impugnaret; solvere fundamenta No-
risij, & directè probare, quæstionem Augus-
tini cum Juliano fuisse de virtutibus fructuo-
sas, sine gratia, & viribus tantum arbitrij ad-
quisitis. Nec hoc probavit Emeritus, nec No-
risij in hac parte fundamenta dissolvit: Ergò
præterquamquod supponit falsum; supponit
quod probare debebat. Ipse sui immemor, hoc
falsum, velut indubitanter verum, supponit,
qui num. 21. Norisium timiditatis accusans in
defensione sui asserti; dicit Cardinalem acc-

74. De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.

aperte reijcere, nec omnino amplecti explicaciones aliorum, qui benignius volunt intelligi Augustinum. Una ex explicationibus istis est dicere, Augustinum disputasse tantum de virtutibus fructuosis: Ergò præterquamquod falso assertit Emeritus, hanc explicationem à Norisio non esse aperte rejectam; quia illam apertissimè, & validissimè rejecit, ut constat ex dictis num. 26. inconsultò nunc supponit ut veritatem indubitatam, eam Augustini explicationem, quam Emerito teste, Norisius non omnino amplectitur.

43 Tertiò, quæstio præsens inter Catholicos non est de virtutibus fructuosis, quia omnes de fide supponunt necessariam gratiam ad virtutes fructuosas; & fide sanctum est, nihil nos posse sine gratia supernaturali conducentes ad vitam æternam: Ergò quæstio inter Catholicos est tantum de veris virtutibus, sterilibus tamen. Ergò si supponis controversiam Augustini cum Juliano suisse tantum de virtutibus fructuosis; supponis etiam, quod doctrina Augustini contra Jul. non conductit ad præsentem quæstionem, inter Catholicos agitatem. Ue quid ergò penetralia hujus armamentarij accurate introspicere spondes, si suppositione tua, non sunt ad rem præsentem armibidem seconde? Fateris, inde argumenta sua

6. III. Expenduntur objecta novi, &c. 75

de promissione Norisium; & ut ipsum impugnes, supponis Norisij armamentarium non esse ad rem præsentem: deficis, & peccas contra veritatem facti, & contra te ipsum, qui inutiliter accuratam das operam, ut introspicias doctrinam Augustini, quam supponis extra rem præsentem. Vetiùs supponeres, te non serio, & morosè scripta Norisij vidiisse: & cum errasse deprehendaris circa titulum controversiæ Augustini cum Juliano, quis credat penetralium ejusdem introspectorem, quem videt in ipso limine cespitante?

Cur non legisti apud Norisium verba sequentia: Omnes ferè Scholastici, qui non similiter Augustino de operibus infidelium loquuntur; ne videantur S. Doctori adversari, dicant eundem negasse opera infidelium esse bona, hoc est meritoria, ut Pelagiani contendebant. Sed bi planè Augustini libros perfunctoriè legerunt: numquam enim Julianus, alijs Pelagiani admisere opera meritoria sine gratia justificante. En Norisius perfunctorios dicit. Lectores Augustini, qui dicunt eundem negasse tantum opera infidelium esse meritoria sine gratia: Ergò dum pròmittis te non perfunctoriè introspecturum penetralia doctrinæ Augustinianæ, non debebas supponere ut indubitatum, id, quod teste Norisio, solam esse

76 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
ritur à perfunctorijs Augustini Lectoribus. Si
tibi Augustinianum non displiceat consilium,
hoc dictum Noris cum tuo supposito ita com-
pata; ut res cum re, causa cum causa, ratio
cum ratione configat. Norisius dicit Lectors
perfunctorios, asserentes Augustinum disputasse
tantum de virtutibus fructuosis: E contra, te
ipsum commendas Lectorem non perfuncto-
rium, dum tenes, imò supponis assertum il-
lud ut indubitatum. Norisius validissime pro-
bat, quod dicit: ipse verò supponis, quod
probare debebas. Patere, ut tibi promam
aliud S. Hieronymi ad Raffinum effatum: *Quis*
rectius arbitratus sit, nec meum, nec tuum
judicium sit, utriusque scripta censoriam Lec-
toris virgulam sentiant.

43 Eminentis Card. Aguirre causam
agens communis in hac parte sententia Scho-
lasticorum, tom. 3. disp. 117. sect. 4. à nu-
mer. 19. usque ad 27. prolixè probare intendit ex
P. Augustino, & ex formula illa frequenti
apud Aransicanum II. & subsequentia Concilia
Sicut oportet; questionem Augustini cuin Pe-
lagianis fuisse de virtutibus fructuosis. Ean-
dem causam iterum tutandam assumit disp.
xi8. sect. 2. à num. 13. usque ad 26. & qua-
si rem non plenè conficeri; eam multiplici-
ter iterum confirmat sectionibus sequentibus.

Quo

g. III. Expenduntur objecta novi, &c. 77
Quo vides, Emeritum nostrum inconsultò sup-
ponere ut indubitatum, quod Eminentis. sui
instituti Cardinalis multiplicitè probandum de-
crevit. Nec immoritò, nam si Augustinus dis-
putavit de virtutibus veris, sed sterilibus, te-
nuit ad eas quantumvis steriles necessariam
gratiam; & è contra Julianus, ac Pelagiani
tenuerunt veras virtutes viribus arbitrij nos-
tri, & sine gratia. Quo fit ut Ariminaensis, No-
risius, & alij DD. nostræ sententia; tueantur
assertum Augustini; reliqui verò nobis adver-
santes, sint pro sententia Juliani, & contra
Augustinum in gravissima materia necessitatis
gratia; ad benè operandum. Hoc consequens
nolunt admittere Scholastici communioris sen-
tentia; & ideo operosè contendunt suadere;
Augustinum de solis virtutibus fructuosis cum
Juliano disputasse.

Infeliciter tamen; quia ut vidimus nu-
mer. 41. Julianus opponens Augustino virtu-
tes infidelium, fatebatur eas steriles illis ver-
bis: *Ego sterilitè bonos dixi homines*, &c.
Si ergò quæstio de necessitate gratia; esset tan-
tum pro virtutibus fructuosis, stupidissimè Ju-
lianus obijceret virtutes infidelium steriles.
Equidem verum est, præcipuam Augustini vi-
ginti annorum concertationem cum Pelagianis
fuisse de necessitate gratia ad initium, & ad

perfectionem, aut consumationem operum salvatorum. Pro his exigebar Augustinus gratiam Theologicam, quam Scholastici vocant supernaturalem: Per hanc sunt opera ut operari, & ut conducunt ad vitam aeternam. Sed cum Julianus Pelagianus acerrimi iugis statet pro parte Pelagi, induxit argumentum à virtutibus infidelium, ut probaret aliquid boni nos posse sine Christo; quia infideles sine fide in Christum non possunt habere virtutes per Christum, & sic nec ex dono Dei, addito naturæ, sed ex viribus tantum arbitrij nostri. Hoc argumentum varijs locis factum, & solutum ab Augustino, operosius solvit lib.

4. contra Jul. cap. 3. Ubi directe probat, vel in infidelibus nullas esse veras virtutes; vel illas haberi ex dono Dei, & gratia Christi; non quidem supernaturali, sed naturali, ut cum Arianensi, & Norisio docet posterior pars DD. sententia nostra. Hoc clare probatur ipsis etiam testimonij Augustini, contra nos inductis a Card. de Aguirre.

Disput. 118. num. 18. allegat ex epist. 130. Augustini hæc verba de Polemone à Xenocrate Magistro facto temperante. *Quamquam ergo ille non fuerit Deo adquisitus, sed tantum a dominatu luxuria liberatus; tamen ne id ipsum quidem, quod in eo melius factum*

est.

est, humano operi tribuerim, sed Divino. Ipsius namque corporis, quod est, insinuum nostrum, si que bona sunt, sicut forma, O vires, O salus, O si quid Iesum modi est; non sunt nisi ex Deo creatore, O perfectore naturæ; quanto magis animi bona nullus aliud donare potest, O.c. Ecce Polemonis continentia certissime sterilis, sed tamen Deo tribuenda, & operi Divino. Quod probat S. Parenis à paritate, nam si bona corporis donantur ab Authore naturæ; quanto magis animi bona, ut continentia, & reliquæ virtutes morales. Inde colligitur, eas esse ex dono gratiæ intra ordinem naturæ: nam donari videntur à Deo creatore, O perfectore naturæ.

Prosequitur S. Parenis: *Polemo ergo, si ex luxurioso continens factus ita sciret, cuius esset hoc donum; O eum abjectis superstitionibus Gentium, pie coleret; non solum continentis, sed etiam veraciter fapiens, O salubriter religiosus existeteret: quod ei non tantum ad presentis vitae honestatem, verum O ad futuræ immortalitatem valeret.* Em continentia Polemonis sterilis, & ad immortalitatem nihil valens; ex dono tamen Dei habita, & non viribus arbitrij, aut opere humano: Ergo semper Augustinus stat pro sententia nostra, afferente, vel in infidelibus nullas fuisse virtutes,

80 *De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.*
vel eas habuisse ex dono, & gratia Dei, na-
turali quidem, ut ex Norisio probatum est
num. 29.

44 Hæc adeò perspicua sunt, ut Eminentis. Aguirre nostræ sententiaz impugnator acerrimus, nostram tandem plenè, & planè doceat assertionem disp. 117. num. 25. ubi ait:
„Quod si verò quisquam pervicaciùs conten-
dat, & obijciat plura esse eorumdein Conci-
liorum loca, & innumera, apud Patres post
Augustinum, in quibus viderur negari natu-
ræ hominis lapsæ potestas ad agendum quod-
libet bonum, & vitandum peccatum, sine
adjutorio & gratia Dei in ordine ad lingui-
los actus. Respondemus eam doctrinam, &
locutionem frequentem intelligi debere dis-
tributione accomoda: ut in ordine ad quam-
libet actionem salutarem sit necessaria gra-
tia Dei simpliciter dicta, sive propriè, &
Theologicè usurpata, qnæ est gratia Christi;
de qua loquuntur Canones nupèr alle-
gati.

In ordine autem ad effectiones, aut
actiones honestas non salutares, intelligen-
dum est, fieri non posse sine excitatione pro-
pitia, & adjutorio Dei, prout *Creatoris, &*
perfectoris naturæ juxta phrasim Augustin.
epist. 30. qui ad illas etiam, quatenus po-

„ si

81 *Expendantur objecta novi, &c.*
„sive honestas, & prout distinctas ab actioni-
bus malis, & indifferentibus, ex se horta-
tur, suadet, movet, & adjutorio suo coope-
ratur: ut propterea nec de ijs quidem ho-
mo gloriari possit; præsertim cuia ratione
peccati originalis, aut etiam personalis, in-
dignum se reddiderit eo adjutorio Dei ad
omnem affectionem, cogitationemque bo-
nam, ut supra num. 11. dictum fuit. Quo sensu,
id etiam adjutorium censetur nomine gra-
tia, quamvis latius usurpatæ; & portus pro-
venientis à Deo ut perfectore rationalis na-
turæ, quam prout Salva ore; per le lo-
quendo saltèm, aut prefigiendo ab alijs
finibus Providentiaz *Dicitur*. Hæc Aguirre,
sed non alia est Ariminensis, & Norisij sen-
tentia: ubi nota in ultinis verbis salvari etiam
ab Aguirre sententiam Ripaldæ, exigentis gra-
tiam supernaturalem, non ex merito virtu-
tum moralium, sed ex lege supernaturalis
Providentiaz, quam latè propagnat tom. I.
disp. 20. per totam.

45 Ad nostrum redēamus Emeritum,
qui num. 23. proponit errorem Juliani, ver-
bis ipsius expressum apud P. Augustinum lo-
co citato, ubi dicit S. Patens: *Ne tibi videar
calumniari, ipsa tua verba jam ponam. Cinc-
tarum, inquis origo virtutum in rationabilis*

E

animo sita est, & affectus omnes per quos, aut fructuose, aut sterilitè boni sumus, in subjecto sunt mentis nostræ, Prudentia, Fustitia, Temperantia, Fortitudo. Horum igitur affectuum vis cum iusit omnibus naturaliter, inquis, non tamen ad unum finem in omnibus properat, sed pro iudicio voluntatis, cuius nutui serviant, aut ad æterna, aut ad temporalia diriguntur. Quod cum sit, non in eo quod sunt, non in eo quod agunt, sed in eo solo variant, quod merentur. Prosequitur Emeritus num. 24. sic colligens: *In quo errore his verbis sui Authoris expresso, &c. manifestum est Julianum intendisse, quod homo etiam peccator, etiam infidelis, & quomodo dolibet impius, potens erat ex suo libero arbitrio, solis naturæ viribus, elicere tales actus illarum virtutum, quas congenitas habet, qui sunt vera merita vitæ æternæ, seu quibus non sterilitè, sed fructuose operentur.* Haec Emeritus.

Sed nec in verbis Juliani video expressum ejusdem errorem, nec aliquid unde Emeritus talem deducat consequentiam. Tria continentur in verbis Juliani, sed quæ possunt Catholicè defendi. Primum est, virtutes Cardinales esse originaliter, & seminaliter in anima nostra. Secundum est, eas virtutes servire

ad

ad nutum voluntatis nostræ, & ab ea determinari, & dirigiri ad æterna, vel ad temporalia. Tertium est, eas virtutes steriles esse, dum ad temporalia diriguntur, fructuosas duni ad æterna, neq; differte ex officio, sed ex fine, & præmio, quod merentur. Tria hæc Catholicè possunt defendi: primum latissimè propagatur à Card. Aguirre tom. 3. disput. 117, sect. 3. ubi differit de seminibus virtutum moralium, insitæ naturaliter homini etiam lapsi, & tenet partem affirmatiyam cum P. Augustino, D. Thoma, & alijs PP. advertens diversa esse semina ita virtutum, ac tradita à Celsiano collat. 13. que n reprehendit S. Prosper contra Collat. cap. 27. Secundum docetur à PP. Societatis, tenentibus arbitrium nostrum esse unicum, determinans ad actus liberos; ejus nutui deservire omnes virtutes, etiam Theologicas, quia ut habent rationem habitus, agunt ad nutum, & ex determinatione voluntatis nostræ, quæ habitibus utitur, cum vult: undè in ejus est nutu dirigere virtutes morales in finem æternum per habitus infusos, vel in temporalem viribus tantum naturæ. Tertium est communis doctrina DD. Quarè cum in verbis allegatis non exprimat Julianus, an voluntas viribus naturæ, & sine principio elevante, virtutes

F 2

34 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
dirigat ad æterna (in quo solo stabit error)
sequitur , eis verbis non benè depingi errorem
Juliani ab Emerito nostro ; nec benè deduci
ex illis consequens illatum.

35 Progreditur Emeritus sic num. 25.
, Hunc errorum debellaturus S. Augustinus,
, ijs tribus contra illum argumentis inititur.
, Primum, quod in homine impio nullæ sunt,
, aut possunt esse veræ virtutes : veræ inquam,
, nam sic constantè, semperque eas veras exis-
, tere negat. Secundum, quod non ex volun-
, tate , & arbitrio hominis , sed ex dono , &
, gratia Dei , illæ habent , & quod veræ vir-
, tutes sint , & quod eārum actibus rectè , &
, fideliter , qui eos elicit , vivat. Tertium, quod
, eārum virtutum actus non relati in Deum
, finem ultimum , sed in commodum , aut
, gloriam operantis ; hoc ipso quia ad præ-
, posterum finem ordinati , nequaquam boni,
, aut virtuosi , sed pravi , & peccata sunt.
, Hæc est summa totius disputationis
, à S. Augustino contra Julianum instituta.
Ita Emeritus.

Tria ista , quæ ab Emerito vocantur
argumenta , non sunt argumenta , sed asserta
Augustiniana. Argumenta dicuntur à Theolo-
gis probationes illæ , quibus stabilitur asser-
tum ; Et in hac Synopsi nulla est probatio
asser-

3. III. Expenduntur objecta novi, &c. 35
asserti Augustiniani. Rhetorice dicuntur argu-
menta assertiones ipsæ , quas intendimus sua-
dere : hoc modo tria illa dici possunt argu-
menta. Sed ex quo noster Emeritus (fortuna
favente , nescio , an repugnante) factus est è
Theologo Rhetor , Scholasticorum fastidiens
stylum , & Scholæ methodum ; concertationem
præsentem Augustini cum Juliano sic Rheto-
ricè describit , ut omnia plane inversa propo-
nat , & ironice intelligenda. Non supponen-
da , ut vidimus , supponit : errorum Juliani
dicit verba , quæ non exprimunt errorem : ar-
gumenta Augustini , quæ argumenta non sunt,
sed asserta : & in toto discursu §. 5. senten-
tiam Norisij longè distantem ab Heterodo-
xis , ubique tradit cum Novatoribus involu-
tam. Observa tamen primum assertum non
esse Augustini , qui non negat absolutè in in-
fidelibus veras virtutes , nam interdum eas ha-
bere concedit ; ex dono tamen gratiæ , infide-
libus etiam interdum concessa. Vide dicta nu-
mer. 28. ubi à Norisio probantur in infideli-
bus virtutes ex dono gratiæ . Si ex gratia : er-
gò veræ virtutes. Hinc melius dices cum No-
risio , duo tantum , & non tria esse asserta
Augustiniana : primum , nullas in infidelibus
ex vi solius liberi arbitrij virtutes reperi-
ti. Alterum , si quæ in eisdem virtutes fuerint ,

Néquaquam eas ipsorum voluntati, sed diu-
næ gratiæ adscribendas esse. Ita Norisius, fi-
delissimus Augustini vindex, & interpres. Vi-
de dicta num. 15.

47 „ Iterum Emeritus num. 26. In qua
„ (inquit) sive tria ista capita simul accipiantur,
„ sive scorsim, nullum fundamentum præbent,
„ ut censeatur, genuinam fuisse Augustini sen-
„ tentiam, quod opera infidelium, & pecca-
„ torum sunt peccata: & quod in eis virtu-
„ tes naturales non fuerint virtutes, sed vitia.
„ Verum quod unicè, & palam se sensisse evi-
„ cunt, est eas ron esse dignas, quod verè
„ virtutes dicantur, seu habeantur, dum non
„ sunt gratia, & charitate formatæ, vel dum
„ informes habentur: & quod homo eget ad
„ earum opera auxilio Divino, scilicet ad ac-
„ tus, quibus verè, & fideliter vivit, qui
„ propterea sunt Dei dona: ac denique quod
„ ex perversa ordinatione, ubi hæc adest, actus
„ evadunt viciosi. Hæc namque sunt, quæ ex
„ toto contextu colliguntur, ut manifestum
„ fiet, si verba Augustini, & sensum obvium
„ sigillatim discutiamus, perpendentes iti-
„ dem, quæ lardatus Cardinalis tentat ex illis
„ colligere. Ita Emissus.

In hoc numero plura involuntur fal-
sa, quæ scorsim debemus expendere. Fates-

mur,

mur, ex progressu doctrinæ Augustinianæ non
inferri, omnia opera infidelium, & peccato-
rum esse peccata, & eorum virtutes omnes
vitia esse: nam illatio ista à Bajo facta, à tri-
bus Pontificibus damnata est. Sed falsum est,
illationem talem esse tentatam etiam à Card.
Norisio, ut patet ex dictis num. 28. Ruris,
falsum est colligi ex doctrina Augustini, solas
esse virtutes veras, quæ gratia, & charitate
formantur. Hoc enim in bæjo damnatum est,
& pridem à Tridentino, docente contra Lu-
therum, veram esse poenitentiam, & verè vir-
tuosos actus peccatoris, quibus di ponitur ad
obtinendam justificationis gratiam: sed actus
illi peccatoris non sunt gratia, & charitate
formati, ut patet; quia præcedunt non solum
natura, sed tempore infusionem gratiæ, & cha-
ritatis: Ergò assertum illud non colligitur
unicè, & palam ex doctrina Augustini, sed
ex assertis Lutheri, & Baij. Tertiò falsum
est, solas virtutes charitate formatas, esse do-
na Dei; & quod solis eis homo benè, & fi-
deliter vivat; proptereaque ad eas solas ho-
minem indigere auxilio Divino. Falsitas ista
tria continet hæretica, & damnata: hæreticum
est, quod actus supernaturales peccatoris, dis-
ponentes ad justificationem, qui quidem non
sunt charitate formati, sed informes, fiant ab

homine sine auxilio civino ; damnatum, quod non sunt dona Dei, & Spiritus Sancti non dum inhabitantis, sed tantum moventis : proscriptum tandem, quod eis acilibus peccator non vivat fideliter, sed infideliter. Si falsitates istas probare intendit Emeritus noster subsequentibus §. numeris, judicet Lector, an verè a Norisio dictum ubi supra numer. 14. *Deinde monstrabo, quod tu ipse sic adjuras Bajarorum damnabilior errorum, ut nullum talem patronum nec in suis dilectoribus valent invenire.*

48. Progreditur Emeritus numer. 27. intendens probare, solas esse veras virtutes, quæ ordinantur in ultimum finem verum, seu in incommutabile bonum. Pro hoc adducit P. Augustinum dicentem lib. 5. de Civit. Dei cap. 19. *Neque enim est vera virtus, nisi quæ ad eum finem tendit, ubi est bonum hominis; quo melius non est.* Et lib. 13. de Trinit. cap. 20. *Ita virtutes ipsæ, quibus prudenter, fortiter, temperanter, justèque vivitur, omnes ab eandem referantur fidem. Non enim aliter poterunt veræ esse virtutes.* Norisius ubi supra numer. 29. exponit Augustinum de fide etiam naturali, & acquisita; & de relatione in Deum finem ultimum immortalem ; aut naturaliter dilectum, & per auxilia ordinis natu-

ræ. Emeritus autem exponit Augustinum juxta dicta num. præced. de relatione supernaturali, & per charitatem præcisè infusam, ut tenuit Bajus : judicet Lector, quis benignius, quis verius exponat Augustinum ; quisve amplius execretur Bajanum assertum damnatum.

49. Fortius urget Emeritus num. 28. ex loco citato cont. Jul. ubi ait P. Augustinus : *Sed ergò ad consequendam veram Beatitudinem, quam nobis immortalem fides, quæ in Christo est vera, promittit ; nihil presunt homini virtutes, nullo modo veræ possint esse virtutes.* Item : *Cum enim agitur aliquid prudenter, fortiter, temperanter, & justè, omnibus quatuor virtutibus agitur, quæ secundum tuam (Juliane) disputationem, veræ virtutes sunt ; sed ad cognoscendum utrum vera sint, hoc tantummodo intuetur, quod agitur, nec cuius querenda est,, cur agatur.* Infert Emeritus numer. 30. Erat,, igitur, sicutque semper constans doctrina Augustini, quod nec sunt, neque esse possunt,, in aliquo veræ virtutes, quarum actus non tendunt in bonum incommutabile, in Deum ultimum verum finem, in Beatitudinem æternam : quod cum à sola charitate præstetur,, cuius unicè est amare Deum super omnia,, finemque ultimum cunctorum volibilium, &

„agendorum in ipsum constitueret, & omnia
„ad eum referre; exinde colligit Augustinus,
„& contra Julianum concludit, quod nisi præ-
„dictæ virtutes fuerint formatæ per charita-
„tem, & earum actus ordinati per amorem
„Dei; neque illæ dici possunt virtutes veræ,
„neque actus illarum sunt ex dono Dei, seu
„per gratiam ipsius. Ita ad verbum Emeri-
tus.

Sed non melius, aut fortius pro asserto suo damnato argueret Bajus: colligiturque ex quo argumentum hoc depellitur eis fundamen-
tis, quibus error Baij repellitur. Suprà num. 43. vidimus ex P. Augustino epist. 130. continentia Polemonis tribuendam esse operi divino, & non humano; ipsamque fuisse donum Dei, & ex gratia, in eo etiam, qui Gentilibus deditus superstitionibus, non agnovit cuius esset hoc donum. At continentia Polemonis non fuit virtus charitate formata; nec fuit virtus emen-
tia, semel quod esset donum Dei, & per gra-
tiam ipsius: ergo falsum est, & Bajanum asser-
tum, solas esse veras virtutes, & ex dono Dei, aut per gratiam ipsius, quæ sunt charitate for-
matæ. Rursus falsum est, quod sola charitas in-
fusa, quæ virtutum omnium est forma, referat opera nostra in Deum verum ultimum finem, & Beatitudinem æternam. Hoc enim fructuose

qui,

g. III. Expenduntur objecta novi, &c. 91
quidem præstatur à charitate intuita, sine qua non stat meritum vitæ æternæ. Cæterum ster-
tiliter ipræstari potest à charitate naturali, & ad-
quisita; fructuose etiam, saltè de congruò, à
charitate actuali supernaturali, quæ est in pec-
catore, se disponente ad justificationem, deri-
vata à Spiritu Sancto movente, sed nondum
inhabitante, ut docet Tridentinum.

50. Veram intelligentiam doctrinæ Au-
gustini dedit nobis D. Thomas 1. 2. quæst. 65.
art. 2. ubi inquirit utrum virtutes morales pos-
sint esse sine charitate? Respondet affirmativè
de virtutibus, prout sunt operativæ boni in or-
dine ad finem, qui non excedit facultatem na-
turalem hominis; & sic fuisse docet in multis
Gentilibus. Negat de virtutibus moralibus, ut
sunt operativæ boni in ordine ad ultimum fi-
nem sapientiam; & sic perfectè, & verè ha-
bent rationem virtutis, & infunduntur à Deo,
nec possunt esse sine charitate. Unde concludit
dicens: Patet igitur ex dictis, quod sole vir-
tutes infuse sunt perfectè, & simpliciter di-
cenda virtutes; quia benè ordinant hominem ad
finem ultimum simpliciter. Aliæ vero virtutes,
scilicet adquisitæ, sunt secundum quid virtu-
tes, non autem simpliciter; ordinant enim ho-
minem benè respectu finis ultimi in aliquo ge-
nere, non autem respectu finis ultimi simpi-

92. De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
citer. Unde ad Rom. 14. super illud, omne, quod
non est ex fide, peccatum est; dicit glossa Au-
gustini, ubi deest agnitus veritatis, falsa est
virtus etiam in bonis moribus.

Habemus plura ex D. Thoma. Primo, in
Gentilibus multis fuerunt virtutes morales, &
ut patet sine charitate infusa, de qua procedit
art. D. Thomæ. Istæ virtutes sine charitate sunt
quidem virtutes, & veræ; non quidem simpli-
citer, sed secundum quid, & in aliquo genere.
Ritus, ut sic sint virtutes, & veræ, ordinari
debent in ultimum finem, qui sit ultimas sal-
tem in aliquo genere. Unde pudicitia Pole-
monis v. g. fuit secundum quid vera virtus, &
ordinata in Deum finem ultimum naturalis pu-
dicitæ, & in hoc determinato genere autho-
rem, & finem. At quia vera virtus veritate
simpliciter tali, respicit Deum finem ultimum
supernaturalem, & in omni genere: ideo con-
tinentia Polemonis non fuit virtus vera sim-
pliciter; quia sicut sine fide impossibile est pla-
cere Deo, & mereri gloriam; ita quod non est
ex fide, peccatum est, & falsa virtus, etiam in
bonis moribus, ut docet P. Augustinus, sic in-
telligens Apostolum, intelligentia quæ quibus-
dam displicuit Scholasticis, sed approbatur hic
à D. Thoma. Sunt quidem sine fide virtutes
falsa, falsitate opposita veritati simpliciter; sed

non

93. Expenduntur objecta novi, &c.
non opposita veritati secundum quid, & in ali-
quo genere: nam hoc modo virtutes Gentil-
ium veræ virtutes sunt juxta Augustinum, &
D. Thomam, dum ab ipsis ordinantur in Deum
finem naturalem, qui non excedit facultatem
naturalem homini; & ideo ordinant hominem
benè respectu finis ultimi in aliquo genere, ut
docet D. Thomas.

51 In eodem num. 30. quem expendimus,
postquam Emeritus mentem Augustini expli-
cuit taliter, ut S. Parens non agnoscat veras vir-
tutes, nec ex dono Dei, & per gratiam, nisi
quæ charitate infusa formatae dicuntur; id con-
firmat ex P. August. ibidem dicente: *Amor fa-
vendi quibuscumque creaturis, sunt amore Crea-
toris, non est à Deo. Amor autem Dei, quo
pervenitur ad Deum, non est nisi à Deo Patre
per Jesum Christum Spiritu Sancto. Per hunc
amorem Creatoris benè quisque utitur etiam
creaturis.* Ergò sine amore infuso à Deo Pa-
tre per Christum in Spiritu Sancto, nemò be-
nè, sed male utitur creaturis. Nec istam Eme-
ritus, nec alteram ibi intulit consequentiam.
At verba Augustini addita præcedenti exposi-
tioni Emeriti nostri, ut re ipsa addita sunt sub
eodem num. 30. evincunt legitimam esse hanc
consequentiam, sed Quesnellianis, non veritatib
Catholicæ faventem.

Prosequitur num. 31. & allegata P. August. autoritate ex scrīp. 248. de Temp. ubi alleritur amor mundi pariens inimicitiam Dei, subinfert Emeritus: *Non ergo damnat omnem amorem creaturarum.* Et numer. 32. *Sed neque etiam proprium, à quo alij nascentur.* In hac illatione consequens est veritimum, & ut Emeritus dicit num. 33. pro eo demonstrando innumera propè sunt Augustini loca. Illationem tamen nos percipiimus. Quia enim consequentia est hæc? *Augustinus damnat amorem mundi.* Ergo non damnat omnem amorem creaturarum. Rursum, qua consequentia doctrinæ ductus, cum Augustini controversiam cum Juliano explicare ntituit, & ut ait, penetralia ejusdem intropicere, saltat à quæstione de virtutibus infidelium, ad examen amoris naturalis tui, & aliarum rerum temporalium? Mei non est munericis Quesnellium defendere, sed ab Ecclesia proscriptum ubique impugnare: quare cum Norisij causa, quam suscepi, longissimè distet ab asserto damnato duplicitis tantum amoris, charitatis infusæ, & damnabilis cupiditatis noxiæ; ideo in scriptis Emeriti præterea numeros omnes, qui tertium ex doctrina Augustini amorem commendant innoxium.

Tales sunt num. 34. 35. 36. & 37. Sed

in

in hoc notandum, quod non præcisè, & indiscriminatim in Quesnello damnatur, quod omnis amor rei terrenæ sit malus, quia non relatus in Deum, nec referens omnia, quæ referenda sunt. Sic enim damparetur probabilis DD. sententia de relatione omnium in Deum finem ultimum: & SS. Clem. XI. in Bulla *Pastoralis Officij* declarat, se non tangere Scholærum opiniones probabiles. Damnatur Quesnello, quia non agnoscens nisi duos tantum amores, infidem, & noxiem; exigit cum Bajo charitatem infusam ad relationem operum in Deum: & hoc damnatum est, ut videbis ex Norisio ubi suprà num. 22. Hoc non distinguens Emeritus, ut par erat, & dignum Theologo dogmatico, ne vel probabiles in Scholis sententias cum proscriptis involveret, vel Heterodoxos fineret se obtegere Scholasticorum DD. suffragio; num. 38. & 39. doctrinam Augustini Hom. 37. de amore inferiorum sano, & utili, licet non ordinato in Deum per infusam charitatem, nobis, & alijs DD. obiicit, quasi nec per charitatem adquisitam, aut per actualem ex dono gratiæ non sit ullo modo ordinatus in Deum.

52. Hinc num. 42. quasi assumptum de-,
,, monstraverit, sic infert: *Ex quo fit conte-
,, querter perspicuum, quod nec S. Augu-*

,, nus potuit umquam censere, quod virtutes
 „ impiorum, aut infidelium sunt vitia, ea-
 „ rumve actas peccaminosi, defectu pure ne-
 „ gativo relationis in Deum. Immerito nam-
 „ que Card. Norisius attribuit S. Doctori
 „ ejusmodi *assertum*, & Hoc consequens, si
 intelligitur iudefinite in materia doctrinali,
 æquivalet universali, & intelligitur de omni-
 bas actibus infidelium, & peccatorum: sic
 damnatum est in Luthero, & Bajo, sed non
 sequitur ex doctrina Augustini, ut explicata à
 Norisio, bene tamen ut intellecta ab Emeri-
 to nostro. Hoc oportet demonstrare, ut con-
 tet, omnia Emeriti argumenta contra Nori-
 sium procedere ex falla suppositione, in qua
 fundatur Bajanum systema. Ostenditur sequenti
 sillogismo.

*Omnis actus, ex officio honestus, & officio
 non ordinatur in Deum finem ultimum, non est virtus, sed vitium: at
 omnis actus impiorum, & infidelium, licet
 sit ex officio honestus, non ordinatur in Deum
 finem ultimum: Ergo omnia opera infidelium,
 & impiorum, sunt vitia, & peccata. Major
 est doctrina Augustini ut vidimus numer. 16.
 distinguenter penes fines virtutes à vitijs. Ipse
 Emeritus num. 29. allegat sequentia verba
 Augustini: *Noveris itaque non officijs, sed
 fini-**

finibus à vitijs discernendas esse virtutes. Mi-
nor potest intelligi de relatione in Deum per
charitatem infusam, & perfectam; vel per cha-
ritatem imperfectam, & inchoatam, supernatu-
ralem tamen, qualis est in peccatore fideli, se
disponente ad justificationem; vel tandem per
charitatem naturalem, & acquisitam, quæ po-
test esse etiam in infideli vi auxilij ordinis na-
turalis. Si minor sillogismi intelligitur de re-
latione per charitatem infusam, & hæc adstrui-
tur necessaria de mente Augustini ad veram
virtutem, ne opus sit vitiosum; sequitur conse-
quens damnatum, nempe omnia opera infide-
lium, & impiorum esse vitia, & peccata, nam
in eis non est charitas infusa. Si vero de mente
Augustini ad virtutem requiritur tantum rela-
tio in Deum per charitatem naturalem, non
sequitur consequens illatum: nam per charita-
tem naturalem possunt infideles, & re ipsa or-
dinant in Deum finem ultimum naturalem ope-
ra sua honesta. Si tandem intelligitur Augusti-
nus de relatione per charitatem supernatura-
lem inchoatam, sic ordinant peccatores se dis-
ponentes ad justificationem; & possunt infide-
les, quibus interdum donantur auxilia super-
naturalia. Emeritus intelligit Augustinum de
relatione per charitatem infusam: Norisius de
relatione per charitatem naturalem, ut vidi-

mus num. 29. ergò ex doctrina Augustini, ut explicata ab Emerito, sequitur consequens damnatum in Bajo; ex Norisij autem expositione consequitur sententia Augustini verissima.

53. Contendit Emeritus num. 43. ostendere ex P. August. hom. 37. actus in Deum minime ordinatos posse ordinari, & perfici à perfecta charitate: sed vitia non possunt ordinari in perfectam charitatem, nec ab ea perfici, ut patet: ergò actus minime ordinati in Deum, vitiosi non sunt. Totum se confecisse putat his verbis August. ubi suprà dicentis: *Si vis vera charitatis ordinem custodire, fac justitiam, diligere misericordiam, fuge luxuriam, incipe secundum praeceptum Domini non solum amicos, sed etiam inimicos diligere. Et haec cum fideliter custodire toto corde contenderis, istis virtutibus, ut quibusdam gradibus poteris ascendere, ut merearis Deum toto animo, & tota virtute diligere. Et cum ad istam felicem perfectionem veneris, omnes concupiscentias istius mundi tanquam stercora computabis, & cum Propheta poteris dicere: Mibi autem adhærere Deo bonum est.*

„Subinfert Emeritus num. 44. Igitur antequam homo adhæreat Deo ut ultimo fini, antequam ad eam perfectionem charitatis veniat, qua diligit ipsum ex toto corde, &

„anima sua hortatur S. Augustinus, ut eas virtutes exerceat, quibus quasi gradibus ad Deum ascendat. Quo evidenter ostendit, virtutes predictas nondum tunc relatas in Deum ultimum finem, non propterea esse vitia, actus, que earum nascentes tunc, non quidem ab amore Dei nondum concepto, sed tantum ab amore proprio, non propterea esse peccata, &c. In hoc Emeriti discursu patet, quam altè repositum habeat, nullum esse amorem Dei, qui non sit perfectæ charitatis infusæ, & per Spiritum Sanctum inhabitantem animam. Quod quidem erroneum est, & damnatum in ipsa etiam prop. 44. Quesnelli, quam ipse impugnat, ubi dicitur: *Non sunt nisi duo amores, unde voluntiones, & actiones omnes nostrae nascuntur, &c.* Si enim nullus est amor Dei nisi charitatis infusæ: ergò cum peccatores, se disponentes ad justificationem, non habeant charitatem infusionem, quæ non stat sine gratia justificante; nullum habebunt amorem Dei supernaturalem, & à Spiritu Sancto movente, quod est contra Tridentinum. Rursus, nec erit possibilis naturalis amor Dei finis ultimi, nec possibilis amor Dei per charitatem adquisitam: quod est etiam erroneous.

Si ergò præter charitatem infusionem, stat amor Dei finis ultimi, naturalis in omnibus,



100 *De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.*
& supernaturalis ex dono gratiae Spiritus Sancti tantum moventis: ergo licet virtutes juxta August. gradatim ascendent ad charitatem infusionam, per eam non referantur in Deum finem ultimum charitatis; referri possunt ab alijs amoribus, & sic esse virtutes. Hoc docent Norisius, & alij DD. sententiae nostrae, verissimèque, & conformiter ad doctrinam Augustini. Utque videat Lector solempne paradoxum Emeriti nostri, exponentis Augustinum; contendit Emeritus, ex amore proprio nasci sequentia: *Facere justitiam, diligere misericordiam, fugere luxuriam, & amare inimicos.* Virtutes iltas ab Augustino enumeratas, tanquam gradus ad perfectam charitatem, tantum ab amore proprio oriri decernit Emeritus noster; cum à tali Parente non nisi superbiam prodire doceant SS. Patres. Tenendum est, virtutes enumeratas gradatim ascendere ad exercitia perfectæ charitatis: sed in sui primordio venire ex gratia Dei speciali intra ordinem saltèm naturæ: & non haberi sine aliquo amore naturali, aut supernaturali inchoato Dei finis ultimi.

54 Progreditur Emeritus num. 45. dicens: *Neque etiam verius adscribit Augustino, laudatus Cardinalis, quod censuerit actus virtutum moralium in Paganis, & impijs semper esse pravos; virtutesque predictas esse vi-*

ta

§.III. Expenduntur objecta novi, &c. 101
„tia, quia semper perverse ordinantur in finem „*præpostertem*, &c. Suprà num. 7. ostendimus, numquam Norisium docuisse, actus infidelium semper esse pravos; nullibi, quod virtutes Paganorum in cunctis sint vitia. Imò directè probatum est à Norisio ubi suprà num. 28. infideles, & Paganos interdum benè operatos, ex gratia tamē, quæ infidelibus etiam interdum dispensatur. Quare Emeritus in hoc num. 45. & in 46. 49. 50. 52. 53. 54. 55. & ferè in omnibus, ubi Norisij sententiam refert, referentis fidem, & veritatem nos desiderare compellit.

Numer. 47. iterum repetit Emeritus argumentum de virtutibus, gradatim ascendentibus ad perfectam charitatem. Sed cum jam dilucide sit a nobis solutum, non restat quid repunamus, nisi quod P. Augustinus olim Fausto, sic scribens lib. 10. contra ipsum cap. 2. *Eadem sèpè vani repetere, istum non pudet: sed eadem sèpè, quamvis vera, respondere me piget. Quisquis itaque etiam adversus ista responsionem querit, que superius à nobis dicta sunt, legat.*

„Num. 48. dicit Emeritus: *Secundò, easdem evidentia liquet, quod inter hoc quod est virtutes Paganorum esse vitia, actusque illarum esse pravos ex adhibito fine ultimo per verso; & hoc quod est virtutes easdem esse*

G 3

„VE-



, veras, earumque actus esse simpliciter perfectos ex adhibita relatione per charitatem in Deum: erat Augustino medium, nempe erat alius earumdem virtutum, & actuum status, non tantum speculativus, sed practicus; in quo scilicet virtutes recte tendentes in objectum proprium, nec positivè ordinatae in finem præposterum, nulla privatione finis debiti deformatur, aut impediuntur, ne in Deum finem ultimum per charitatem referantur. Respondemus de mente Augustini dari medium inter illa extrema; sed non hoc, quod sibi suadet Emeritus nam ut videtur num. 18. virtutes, cum propter se, *Credo* se ipsas referantur, sunt virtutes inflatae, & superbæ de mente Augustini: unde non sunt medium inter vicia, & virtutes simpliciter ordinatas in Deum finem ultimum charitatis. Medium ergo Augustinianum sunt actus virtutum moralium, ordinati in Deum per charitatem naturalem, & acquisitam; vel per charitatem supernaturalem imperfectam, & inchoatam: actos isti sic remanent ordinabiles à charitate perfecta, & infusa.

55 Parùm erat Emerito Norisius impugnasse, quod docuerit omnia opera infidelium semper, & in cunctis esse vicia, & peccata: oportebat etiam ipsum aggredi docentem, in-

6.III. Expenduntur objecta novi, &c. 103 infideles interdum benè operari, ut sic qualibet se vertat Norisius; impugnatorem inveniat acer- rim. Dicit sic Emeritus num. 56. Deinde quod ita plures operari potuerint, neque dici queat, quod numquam sic operati fuere, evincitur ex hypothesi, aut eventu, quem sibi obiicit Norisius, nec ut opinor, satis expedit. Fieri potest, ut quis infidelis, aut impius, honestè operetur v. g. det elemosinam pauperi, & statim ejusdem mens aliò avocetur. In hoc casu neque apud semetipsum de bono opere per actum reflexum gloriabitur. Et num. 57. proponit hæc verba Norisij pro tali casu: Censeo tamen hæc opera bona non fuisse facta ab infidelibus, suis ipsorum viribus derelictis; sed præmunitis specialibus Divine gratiae auxilijs, quibus forte aliquando factum est, ut recte operantes, novo proposito objecto, de bono opere minimè gloriarentur.

Deberet Emeritus, his Norisij verbis, & alijs, quæ poterat allegare, se ipsum continere, ne Cardinali S. R. E. probato Bajatum affigeret assertum de eo, quod in infidelibus omnia opera semper sunt vicia, & peccata: exultat tamen, sicut victores lètantur capta præda, dum Norisium captum censet, & pedibus manibusque religatis, proponebit. Primo num. 58. ostendit facillime, & na-

104 *De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.*
turalissimè casum istum evcnire posse, attenta
inconstantia, seu levitate rationis, occupatio-
ne vitæ, & vicisitudine rerum. In hac objectio-
ne non curavit Emeritus attendere continuas
Dæmonum tentationes, tunc maximè impor-
tunas, quando bene, & honestè operamur;
sed istas depellere non est facillimum, & na-
turalissimum, ut possit obtineri sive gratia; si
verò non insurgant, sed absit tentator, id eve-
nit ex dono protectionis externæ: tandem quod
relinquatur operans suæ propriæ levitati, tunc
sanè utili, nec permittatur tentati à Dæmons,
gratia est Dei, externe saltem protegentis: Er-
gò impugnatio facta nihil contra Norisium
convincit in casu posito; & verissimè docuit
Norisius, ex gratia provenire, ut rectè ope-
rantes, novo proposito objecto, de bona opere
minimè gloriarentur. Hęc gratia est illa, de
qua dixit P. August. quæst. 2. ad Simplician.
*Nemo habet in potestate, quid ei veniat in
mentem.*

Opponit secundò num. 60. & 61. in-
consequentiam Norisij, exigentis specialem gra-
tiā, ne opus honestum, jam elicium, deot-
dinetur à pravo fine, subsequentes exhibito
ab operante; & non consideratis gratiam pro
eodem opere in prima sui productione: quasi
majoris negotij sit continuatio operis honesti,

quam

§. III. Expenduntur objecta novi, &c. 105
quam prima productio. Objectio ista falsum
supponit. En verba Norisij post explicatam
Augustini sententiam contra communiorem
Scholasticorum opinionem: *Scio (inquit), il-*
los opponere damnatam hanc Baij propositio-
nem, omnia opera infidelium sunt peccata.
&c. Sed hac censura S. Patris sententia neu-
tiquam percelligitur. Etenim hic palam concedit
in infidelibus aliqua opera bona in prima sal-
tēm sui productione, ex gratia tamen dona-
ta. Vides necessitatem gratiæ ad productio-
nem primam operis virtuosi, audi iterum No-
risium eandem asserentem; necnon rationem
dantein pro necessitate gratiæ ad continuatio-
nem. Dicit sic propè medium scripti sui: *Hoc*
tamen ex Augustino observandum est, actus
bonos infidelium ex divina gratia derivatos,
ex subsecuta prava operum circumstantia ut
plurimum vitiani, ac amittere bonitatem, quam
in sua ipsorum productione ex Dei munere
habebant. Quod ibi probat ex P. Augustino
lib. 4 ia Jui. cap. 3: Ergò gratis, & sine fun-
damento Norisius arguitur apparentis adhuc
inconsequentiæ.

Num. 62. 63. 64. 65. 66. & 67.
Norisium Emeritus accusat, quod non plane,
palam, & nitidè declaraverit auxilia gratiæ,
necessaria ad opera virtutum: rursus, quod ei

non placeant benigniores Augustini expositio-
nes, traditæ à DD. in Scholis. Sed quia nu-
mer. 10. expendimus accusations istas, eas
nunc præterimus. Fortius urget Norisum Eme-
ritus num. 68. quod dixerit infideles unum
posse habere de mente Augustini actum bo-
num sine gratia, nempè appetitum, beatitu-
dinis, ut tradicunt in Enchirid. cap. 25. &
125. Rursus lib. 4. contra Jul. cap. 3. ubi
dicit S. P. *Neque enim omnes homines natu-
rali instinctu immortales, & beati esse velle-
mus, nisi esse possemus.* Opponit Emeritus,
quod ibi *bonitas concupita*, non est moralis,
sed pura physica, & propria appetitus prorsus
naturalis, & communis etiam irrationalibus.
Mirabilis equidem impugnatio! Ut Norisum
Emeritus impugnet, in brutis etiam statuit
appetitum beatitudinis, & immortalitatis.

num. 69. Incipit Emeritus Nori-
sum benignè interpretari de auxilio ordinis
naturæ, tequilibro quidem ut opera infidelium
sint bona moraliter, aut ne sint peccata. Et
num. 70. facetur, hanc viam secutos fuisse ali-
quos nobiles DD, & sufficientem esse, ad de-
fendendam impunè necossitatem gratiæ ad ope-
ra moraliter bona, cum ne dicantur nostra,
sed Dgi, junta illud Apost. *Quid habes, quod
non acceperisti? Si autem acceperisti, quid gloria-*

ris,

ris, quasi non acceperis? Tum etiam, ne in
finem præposterum referantur. Hoc confirmat
Emeritus num. 72. ex alio communi Theolo-
gorum placito, afferentium necessariam gra-
tiam ad vitandam, & vincendam gravem ten-
tationem: talis est in omni bene moraliter
operante, nam tentatur, & urget gravissi-
ma tentatione cadendi in philautiam. Sic enim
(prosequitur Emeritus num. 73.) nullum indè
Bajus, Jansenius, aut Quesnellijs pro suis
damnatis thesibus suffragium desumere possunt.
Nam isti contendunt, opera infidelium esse
peccata, quia facta, vel sine gratia sanctifi-
cante, vel sine fide operante per charitatem,
vel sine charitate prædominante, vel, uno
verbo, quia non sunt positivæ supernaturaliter
relata in finem charitatis. Gratias Deo: hic
tradit Emeritus veram Noririj doctrinam, quam
facetur minimè favere Bajanis, & Jansenistis.
Hoc si dixisset in limine disputationis, & No-
ririj sententiam fideliter, & sincere retulisset,
vindex reflexio nostra planè superflueret.

„ Nibilominus (prosequitur num. 74.)
„ quia existimo non posse testimonia omnia
„ S. Augustini de re ista præfatam expositio-
„ nem sustinere, quia dissentè crebro, & maxi-
„ mè contra Julianum ait, opera infidelium
„ esse peccata defectu ordinationis in finem

„charitatis; nequè id proptereà tantum, quia
„illa sunt positivè ordinata in finem præposte-
„rum, sed quia non propter Deum, si sive
„non recte sine facta sunt: nam inquit: *Quid-*
quid autem boni fit ab homine, Or. non prop-
ter quod fieri debere vera sapientia præcipit;
Or. si officia videatur bonum, ipsò non recta
fine peccatum est. Quæ verba (& alia similia,
„quæ habet) ut videntur coegisse Norisium
„ad eam sententiam Augustini attribuendam;
„videtur planè favere Bajanis, & Quesnellia-
„nis propositionibus damnatis. Ita ad verbum
Emeritus.

Fatetur in his, & alijs Augustini ver-
bis, S. D. Vocare peccata opera infideliū,
præcisē non relata in Deum finem ultimum,
quid n̄ præscribit, & præcipit vera sapientia:
Ergo sicut tenetur Emeritus, Augustinum
asserere præceptum Dei de referendis in Deum
officijs virtutum moralium. Huic præcepto
contradicit, non solum qui opera virtutum
positivè deordinati, sed qui non ordinat in
Deum: Ergo defectu talis ordinationis præ-
cisē peccat. Hæc fuit sententia Norisij, in quam
coegisse fatemur expressa Augustini testimo-
nia, quæ Theologos complures compulerunt
etiam, in Belgio præsertim, ad tale assertum
Augustinianum. Distant longissimè Norisius, &

nos,

nostri à Jansenistis, & Bajanis, nam isti ex-
plicant præcepum de relatione in Deum per
charitatem perfectam, & infusam; quæ cum
non sit in peccatore, & multò minus in infi-
deli; sequitur peccatores, & infideles teneri
ad impossibilia, & reipsa peccare in eo, quod
vitare non possunt. Sequela est erronea, & à
Tridentino jam pridèm damnata. Norisius cum
Ariminensi nostro, & alijs explicant præcep-
tum de relatione in Deum per charitatem
saltèm naturalem, & adquisitam: cumque in-
fideles adhuc possint Deum naturaliter amare;
possunt, & debent omnia sua opera bona in
Deum finem ultimum, naturalem saltèm or-
dinatissimè referre; nec in hoc obligantur ad
impossibile, sed ad id, quod dictat naturalis
ratio, ut vidimus ex Ariminensi.

57 Displicuit forsèm Emerito nostro via
ista, sicut & præcedens ab ipso relata; unde
„num. 75. dicit: *Quapropter* alia via scrutan-
„da, exponenda, & defendenda est mens S.
„Augustini; atque ita ut sententijs proprijs
„ejusdem inhærendo, nulla relinquatur de
„ejus patrocinio Quesnelliæ confidentia, ac
„simul istorum errores appareant jure merito
„damnati. Et primo censemus probabiliti-
„mam quidem esse, & compendiariam viam
„exponendi Augustinum; si dicatur, quod



, quoties affirmat opera infidelium esse peccata, loquitur de operibus ab eis eliciti, secundum quod sunt infideles, & peccatores, ita nimirum, ut agant quatenus infideles, seu, ut dici solet in Schola formaliter, aut reduplicative. Ita namque operantes, necessum est quod circumstantia infidelitatis intentio, ne cuius tunc operantur, vitiet, & deturper illorum actus.

Hæc via singularis exponendi Augustini, quam Emeritus probabilissimam censet, & compendiatiam ; utilissima est, non quidem ut propositiones damnatae ab Ecclesia, jure merito appareant proscriptæ, sed immixtò damnatae. Patet in hac propositione 35. Baij à tribus Pontificibus damnata : *Omnis, quod agit peccator vel servus peccati, peccatum est.* Si enim exponatur juxta compendiatiam Emeriti viam, sensus est : *Omnis, quod agit peccator formaliter, & reduplicative ut peccator, peccatum est.* Hæc propositio est verissima, & traditur à D. Thoma supra epist. ad Tit. t. lect. 4. ubi ait : *Quando peccator facit aliquid bonum, secundum quod est peccator, & infidelis, totum est peccatum ex radice.* At Pontifices non possunt damnare propositionem verissimam, nec damnarunt umquam assertum traditum à D. Thoma :

§. III. Expenduntur objecta novi, &c. 111
ma : Ergo vel propositio Baij 35. non est damnata; vel compendiaria via exponendi, tradita ab Emerito nostro, non conducit, ut propositiones damnatae jure merito apparcent proscriptæ.

58 Ab hac Emeritus recedit expositione num. 78. non quia ipsi displiceat, nam ibi iterum probabilissimam appellat; sed alijs titulis, qui apud ipsum videri possunt: & præcipue, quia alteram promittit menti Augustini conformiorem. Pro hac supponit num. 80. quod quoties S. Augustinus opera infidelium non esse bona dicit, non negat operibus omnem bonitatem absolute; sed bonitatem simpliciter, sive quæ habetur ex charitate, ordinante opera in Deum, summum, & ultimum finem. Similiter, cum dicit in infidelibus, & peccatoribus non esse veras virtutes, solus asserit, quod non habent illas per charitatem formatas. Ita Emeritus. Cæterum doctrina ista, qua alij DD. utuntur etiam, ne videantur adversari P. Augustino, supra num. 26. impugnata est valide à Norisio nostro. Cumque P. Augustinus numquācum Juliano disputererit de virtutibus fructuosis, nam ut vidi-mus, Julianus ipse in infidelibus fatebatur steriles: si mens Augustini exponitur de virtutibus simpliciter, & per charitatem formatis,

112 *De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.*
inutilis, & vana redditur disceptatio Augustini
cum Juliano.

Nun. 81. in eadem persistens exposi-
tione dicit, opera infidelium vocari ab Au-
gustino peccata, & virtutes eorum vitia, non
præcise, quia carent relatione in Deum per
charitatem, sed quia ultra addunt pravam or-
dinationem ex perverso amore proprio in fi-
nem præpostorum. Expositio ista Emeriti ipsi-
met contradicit, qui num. 74. dixit de me-
nte Augustini in aliquibus testimonij, & maxi-
mè contra Julianum : *Opera infidelium esse*
peccata defectu ordinationis in finem charita-
tis; neque id propterea tantum, quia illa sint
positivè ordinata in finem præpostorum, sed
quia non propter Deum, sive non recto fine
facta sunt. Doctrina ista de operibus non po-
sitivè relatis in finem præpostorum, nec rela-
tis in Deum finem ultimum, quæ bona mora-
litè dicit Emeritus cum communiori DD. sen-
tentia, aliqualitè admittitur à Norisio, sed
valide impugnatur, in praxi saltè, ex dictis
de mente ipsius num. 18. & 19.

Progreditur Emeritus num. 82. ob-
servans in Augustino, opera infidelium aliquan-
do dici non bona, aliquando peccata; virtu-
tes etiam eorumdem interdum non veras, in-
terdum ab Augustino appellari vitia. Cæcerunt
cum

§. III. Expenduntur objecta novi, &c. 113
cum hoc discrimen sit verbale, aut imagina-
rium; in eo immorandum non est. Cumque
Norisius virtutes infidelium virtutas reputave-
rit, præcisè etiam ex non apposito ultimo recto
fine; reponit Emeritus num. 83. summam istam
discursus Norisij, summam etiam esse errorum
Quesnellij in omnibus propositionibus damna-
tis sub titulo amoris Dei. Deberet Emeritus,
ut tanta calunnia non gravaret S. R. E. Car-
dinalem probatum, advertere à semetipso dicta
num. 73. & à nobis relata num. 56. ubi Emeri-
to teste, & veritatem spontaneè in hac parte
fatente, dixit errorem Quesnellij confitere in
relatione operum exacta per gratiam sanctifi-
cantem, & charitatem prædominantem contra-
riæ cupiditati: at summa discursus Norisij non
est de tali relatione per charitatem infusam,
sed per naturalem, & acquisitam: ergò verbis
suis convincitur Emeritus iniusti accusatoris.

59. Contendit Emeritus num. 85. & 86.
ostendere testimonij Augustini, virtutes infide-
lium ab ipso non dici vitia; sed præcisè non
bonas, quia non relatas in Deum finem ulti-
mum. Hoc suadet ex loco citato cont. Jul. ubi
ait S. Parens: *Cum enim virtus sit piaicitia,*
eui vitium contrarium est impudicitia, omnes
que virtutes etiam, quæ per corpus operantur,
in animo habitent; quomodo vera ratione pa-

dicum corpus afferitur, quando à verò Deo ipse „animus fornicatur? Reponit Emeritus: *In his* „planè non ait pudicitiam infidelis esse vitium, „imò hoc nomine appellat impudicitiam illi „contrariam: solummodo inquit, eam non esse „veram virtutem, nempe per ordinem ad Deum, „qui essentialiter verus, & *veritas est*. Ita Emeritus, qui vult nos cœcos, nec legere potentes. Legimus in hoc testimonio, pudicitiam infidelis esse fornicationem animi: an ne fornicatio animi non est vitium? Vitiosior, & damnabilior est animi fornicatio, quam corporis: ergò est pejor impudicitia, & vitium damnableius.

60 Num.87. Emeritus adducit Augustinum laudantem continentiam Polemonis. Verba deditus supra num.28. sed ibi notatum ex Augustino eam fuisse veram, quia ex dono Dei derivatam: non fuit illa vitium, quia nullum vitium donatur à Deo: fuit tamen vera virtus, sed ignorata à Polemone, nesciente cuius erat donum. Ob id fuit veraciter, sed non salubriter continens. In eadem epist. 130. laudat P. Augustinus quorumdam infidelium parsimoniam, continentiam, castitatem, sobrietatem, metris pro salute patris contemptum, quas meritò imitandas proponit. Subinferte Emeritus numer.89. virtutes illas honestas esse de mente Augus-

gutini; alioquin non proponerentur imitandas. Respondeamus, virtutes illas imitandas proponi ex officio, quod viget, & ut exemplar proponitur: non autem ex fine, nam sic sunt animi fornicatio, ut vidimus ex Augustino; & vitium tale imitandum non est, sed execrandum.

Num.90. allegat Emeritus sequentia verba Augustini: *Quæ quidem omnia, quoniam non referuntur ad finem rectæ, veraque pietatis, sed ad factum inane humanæ laudis, & glorie; etiam ipsa inanescunt quodammodo, steriliisque redduntur.* Hinc infert Emeritus, ea operæ infidelium non esse peccata de mente Augustini, sed virtutes infructuosas. Patet hoc illis verbis *inanescunt quodammodo*: si enim essent peccata, plenè inania essent; quia apud Augustinum peccatum est nihil, & privatio. Ut quid enim illud *quodammodo*, nisi ut denotet virtutes esse steriles ad salutem? In hoc argumento insignis explanator mentis Augustinianæ contendit, non esse peccata opera cujuscumque relata ad inanem gloriam, & hoc contendit de mente Augustini. Pater, nam textus procedit de operibus relatis ad factum inane humanæ laudis, & glorie: sed de his dicit Emeritus non esse peccata de mente Augustini: Ergò contendit non esse peccata, opera facta propter inanciu-

116 *De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.*
riam. Hoc consequens absurdissimum, & hæreticum est. Tenendum est igitur, expositionem datam inanissimam, & non quodammodo, sed plenè falsam esse.

De operibus sic relatis in gloriam inanem, quæ juxta fidem peccata sunt, dicit Augustinus inanescere quodammodo, & non plenè, quia ex objecto bona sunt, & mala tantum ex fine. Paret, quia eo modo inanescunt, quo mala efficiuntur, & peccata: sed opera bona in pravum finem ordinata, unicè peccaminosa fiunt ex pravo fine operantis, non autem ex objecto: ergò licet inanescant, non plenè, sed quodammodo inanescunt. Quod autem peccatum apud Augustinum sit pura privatio, & omnino nihil: nihil omnino officit solutioni datæ. Scit bene Emeritus, eam Augustini sententiam esse de peccato pro formalis, idest pro malitia, quæ omnino nihil est, & privatio: sermo autem noster est de peccato pro materiali, idest de entitate actus, quæ subternitur moralitati virtuosa, aut vitiola.

61 Num. 91. perpendenda optat hæc verba Augustini: *Quoniam non referuntur ad finem rectæ, veraque pietatis, sed ad factum inanum humanæ laudis, & gloriae.* Reponit Emeritus: *Quæ aut supervacaneam, & redundante repetitionem continent; aut duo*

PROL

§. III. Expenduntur objecta novi, 117
, prorsus diversa significant, nempe, & non
, referri ad finem charitatis, & referri ad finem
, pravum. Respondemus duo illa diversa esse;
qualiter in peccato diversa sunt avercio à Deo,
& conversio ad creaturam. Imò amplius, quia
in peccato non stat avercio sine conversione,
& è contra. Cæterum in opere morali licet non
stet relatio in finem præposterum sine carentia
relationis in finem debitum; stat pura carentia
relationis in finem ultimum, sine positiva rela-
tione ad finem pravum. Illa pura carentia re-
lationis in finem debitum, sufficit de mente Au-
gustini ut opus reddatur vitatum. En verba
ejusdem ibidem dicentis: *Cum itaque facit ho-
mo aliquid, ubi peccare non videtur, si non
propter hoc facit, propter quod facere debet,
peccare convincitur.* Suprà nullies dictum est,
debitum hoc referendi in finem ultimum, non
esse per charitatem infusam, sed per natura-
lem, aut per supernaturalem inchoatam.

Num. 92, 93. & 94. nihil continetur, quod
ex dictis à nobis num. 26. non plenè evanes-
cat. Placet tamen tantillum immorari, ut bre-
vissima restexione Lectores percipiant, quæ
licentia veluti Poetica loquatur Emeritus, dum
mentem Augustini exponit ut scriptor dogma-
ticus. Dixerat Augustinus: *Cum itaque facit
homo aliquid, si non propter hoc facit, propter*

H 3

118 *De Virtutibus infidelium admitem, &c.*
quod facere debet, peccare convincitur. Respon-
dit Emeritus num. 94. quod verba illa: *Si non*
propter hoc facit, accipienda sunt privative,
nimirum: *Si propter perversum finem faciat.*
Dixerat numer. 91. quod non referri ad finem
rectum, & referri ad finem pravum, non sunt
unum apud Augustinum, sed duo diversa; alio-
quin in verbis Augustini esset supervacanea, &
redundans repetitio. Nunc autem num. 94. de-
cernit oppositum, nempe quod idem sunt: *Si*
non propter hoc facit, & *si propter perversum*
finem facit. Amplius mirabitur Lector Emeri-
tum nostrum num. 95. dicentem: *Quod maximè*
observandum est, quia ex iniqua confusione non
relationis in Deum operis alias honesti, &
positivæ relationis contra Deum eiusdem operis,
obicitur error Baij, & Quesnelliij. At ut vidi-
mus, verba Augustini sic exponit Emeritus. ut
confundat, & pro eodem sumat non relationem
in Deum, ac relationem in perversum fi-
nem contra Deum: ergo ex data expositione
Emeriti nostri obicitur (ipso teste) error Baij, &
Quesnelliij.

Monuit ipse, & sèpè recidunt DD.
sententiae suæ, carentiam negativam relationis
in finem debitum, non esse idem ac positi-
vam relationem in finem præposterum: indè
inferentes, quod licet opera infideliū non
sint

§. III: *Expenduntur objecta novi, &c.* 119
sunt ordinata in Deum, sunt honesta; quia ca-
rentia relationis negativa est, non privativa.
Urgemus contra ipsos hoc Augustini testimo-
nium, ubi non exprimens positivam relatio-
nem in finem pravum, sed solam carentiam
in finem ultimum debitum, indè convincit
peccatum. Respondet Emeritus, eam caren-
tiā ibi ab Augustino sumi privativè, & non
negativè, idest pro positiva relatione in finem
perversum. Quid est hoc, nisi testimonia Pa-
trum ad placitum explicare, & ad præcon-
ceptam opinioinculam Augustini mentem de-
torquere. Admittimus verba illa Augustini,
adducta ab Emerito num. 95. Sed ille, qui hoc
facit, si amando gloriam hominum, magis quam
Dei facit, non bene bonum facit. In his ver-
bis peccatum venit ex positiva relatione in fi-
nem pravum; sed in præcedentibus malitia de-
sumitur ex carentia relationis in finem debi-
tum, ibi: *Si non propter hoc facit.* Ex du-
plici principio Augustinus probat opera pec-
caminosa, nempe quia pravè ordinata, & etiam
quia non bene ordinantur: Ergo hæc duo con-
fundenda non sunt, ut monet Emeritus nu-
mer. 96. ne ex confusione utriusque oriatur
error Quesnelliij, & Baij; nec unum potest
explicari per aliud, ut contendit Emeritus
num. 94. exponens mentem Augustini.

62 Incipit Emeritus à num. 97. explanare mentem Augustini circa sterilitatem virtutum moralium, quas interdum omnino steriles dicit Augustinus, interdum non omnino, quia primum saltē merentur temporale. Sed adeo obscura est explanatio Emeriti num. 97. 98. 99. & 100. ut potius implicatio sit, quam explicatio. Summa doctrinæ Emeriti num. 101. hæc est. Opera, quæ vel ex objecto prava sunt, vel ex fine perverso operantis, sunt *omnime* sterilia: quæ autem ex objecto bona sunt, sed nec relata in finem debitum, nec ordinata in finem præposterum, non sunt *omnino* sterilia; quia licet non sint fructuosa ad salutem æternam, merentur tamen primum temporale. Expositio ista contradicit Augustino, ab Emerito allegato numer. 90. & dicenti: *Quæ quidem omnia, quoniam non referuntur ad finem rectæ, veræque pietatis, sed ad factum inane humanæ laudis, & gloriae; etiam ipsa inanescunt quodammodo, steriliaque redunduntur.* En opera prava ex fine, & positiva deordinatione: sed hæc opera juxta Augustinum non sunt omnino sterilia, sed quodammodo: Ergo contra mentem Augustini exponit Emeritus doctrinam ejusdem, asserens esse omnino sterilia, quæ vel ex objecto vel ex fine sunt opera prava.

Pto,

Protequitur num. 102. contendens non esse plenè sterilia, sed aliquomodo fructuosa ad mercedem temporalem, opera præcisè non ordinata in Deum finem ultimum. Hoc probat ex P. Augustino de Spir. & Litt. cap. 28. dicente: *Ad salutem æternam nihil profund impio aliqua bona opera, sine quibus difficillime vita cuiuslibet pessimi invenitur.* Inde invehitur in Card. Norilium, veluti asserentem, opera infidelium semper esse vitiata. At hæc est falsa, & rancida cantinela, jam sæpè ab audiendum autibus propulsata. Respondemus, bona opera impiorum, etiam pessimorum, quæ sterilia sunt ad vitam æternam, sed fructuosa ad temporalem; ex cono Dei in ipsis esse, non ex viribus naturæ. Quod si Emeritus hoc secundum tenuerit cum Juliano, audiat Augustinum lib. 4. in Julianum capit. 3. dicentem: *Quanto ergo tolerabilius illas, quas dicas in impijs esse virtutes, divino muneri, quam eorum tantummodo tribueres voluntati; licet ipsi hoc nesciant, donec si ex illo sunt prædestinorum numero, accipient Spiritum Sanctum, qui ex Deo est, ut sciant quæ à Deo donata sunt eis.* Si verò infidelibus nullam dari gratiam, sustineat; meminerit damnatas esse in Quesnello sequentes propositiones: 26. *Nulle dantur gratiae, nisi per fidem.*

27. *Fides est prima gratia, & fons omnium aliarum.* 29. *Extra Ecclesiam nulla conceditur gratia.* Et ab Alexando VIII. proscrita est hæc ordine 5. *Pagani, Judei, Hæretici, aliqui cuius generis (quandiu in eo statu perseverant) nullum omnino accipiunt à Christo influxum; adeoque hinc recte inferes, in illis esse voluntatem vadam, & inerme, sine omni gratia sufficiente.*

Num. 103. fructuosas p̄mij temporaliſ ostendere volens Emeritus infideliam virtutes, allegat P. Augustinum 5. de Civit. Dei cap. 15. afferentem, Romanos gloriam, & imperij magnitudinem à Deo recepisse propter bonos mores, & officia virtutum moralium. Idem docuit S. Hier. cap. 29. in Ezechielem de Nabucodonosore, & Ethniciſ. Subinfert Emeritus: at Deus non remunerat peccata, quæ potius terminant odium, & displicentiam Dei: Ergò nec opera illa infidelium fuere peccata defectu relationis in Deum; nec S. Augustinus potuit ea vocare prava, & omnis mercedis sterilia. In hac illatione concessis præmissis, negamus suppositum consequentis. Supponit Emeritus, ea opera bona non fuisse in Deum relata, nec ex dono Dei. Hoc constantē negamus, & ex Augustino evidenter probatum relinquimus. Emeritus autem, cui

mos est supponere, quod deberet probare, ut vidimus nun. 41. & 42: nunc, & in omnibus suis argumentis, vel supponit falsum, vel supponit probandum.

63 Se ipsum nobis commendat Emeritus num. 104. dicens: *Ne tamen videar quidquam dissimulare, aut scrupulum aliquem de mente illius infedelium relinquere; locum ex ipso adducam, quo maximè queunt Bajus, & Quesnelliū suos errores confirmare.* Ante Emeritum plures DD. de scrupulo isto sedando tractarunt à quatuor ferè saeculis, nempe ab anno Domini 1344. quo N. Ariminensis Parisijs dictavit libros sententiārum, & in secundo dist. 26. quæst. 1. art. 1. referens sententiam afferentem, posse hominem sine speciali Dei auxilio, adhuc ordinis naturæ, benè moraliter operari, quam modernorum esse ibidem affirmat; promittit ostendere, eam opinionem fuisse unum de articulis Pelagij damnatis, & ab Augustino validè impugnat. Ab eo tempore DD. Scholastici assertores talis sententiae, laboraverunt in eo scrupulo sedando: nec speret Lector quidquam ab Emerito, quod tot effugerit sapientes, tot præterierit Doctores. Locus Augustini, unde obotitur scrupulus sedandus, habetur lib. 19. de Civit. Dei cap. 25. ubi S. Parenſ dicit:

124 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
Nam licet à quibusdam tunc veræ, & honestæ patentur esse virtutes, cum ad se ipsas referuntur; nec propter aliud expetuntur: etiam tunc inflatæ, ac superbæ sunt, & ideo non virtutes, sed vitia iudicanda sunt. Locus iste non favet Bajanis, exigentibus relationem in ultimum finem per infusam, & perfectam charitatem; sed Theologis verè docentibus cum P. Augustino contra Julianum, virtutes finibus à vicijs differre, & necessariam esse relationem in Deum per naturalem saltēm charitatem ad verām virtutem, At Emeritus ferè semper sententiam istam Scholasticorum cum Bajanis involvit; & ideo quæ pro nobis sunt, Bajanis favere decernit.

Monet Emeritus, Augustini mentem ex toto contextu investigandam, juxta regulam ex utroque iure desumptam, quam refert num. 105. & pro contextu apponit hæc Augustini verba, immediate præcedentia altera, quæ induxerunt scrupulum sedandum: *Quamlibet enim videatur animus corpori, & ratio vicijs laudabilitè imperare; si tamen Deo animus, & ratione ipsa non servit, sicut sibi serviendum esse ipse Deus præcipit, nullo modo corpori, vicijsque rectè imperat. Nam qualis corporis, atque vitiorum potest esse mens domina, veri Dei noxia, nec ejus imperio sub-*

ju

3.III. Expenduntur objecta novi, &c. 125
jugata, sed vitiosissimis Dæmonibus corruptis prostituta? Proinde virtutes, quas sibi habere videtur, per quas imperat corpori, & vicijs, ad quodlibet adipiscendum, vel tenendum, nisi ad Deum retulerit etiam ipsæ vitia sunt potius, quam virtutes. Nam licet, &c. ut suprà.

Hinc colligit Emeritus numer. 107. P. Augustinum eo capite loqui de homine operante actiones, quæ videntur virtuosæ, sed animo privativè averso à Deo, quia positivè, & ultimò converso ad bonum commutabile. Hoc significatur per mentem non subjugatam imperio Dei, sed vitiosissimis Dæmonibus prostitutam. Ita Emeritus, cui reponimus: quod vel glossat Augustinum de animo averso à Deo habitualiter, vel de ipso actualiter averso. Si hoc secundum, contradicit Augustino ibidem dicenti de operibus animi infidelis: *Nisi ad Deum retulerit, etiam ipsæ vitia sunt.* At animus privativè actualiter à Deo aversus, implicat ad Deum referre opera sua elicita in actuali aversione Dei; nam hoc esset actualiter averti, & converti, quod est implicatorium: Ergo si Emeritus explicat Augustinum de animo, actualiter averso à Deo, reddit doctrinam Augustini implicatoriæ. Si yero intelligit Augustinum de animo,

126 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
averso tantum à Deo habitualiter, nihil convincit. Nam animus iste potens est ex dono Dei, & per gratiam exercere officia virtutum, relata in Deum, qualiter referuntur semper, ac fiunt ex dono Dei. Et hoc etiam à mente veri Dei nescia, & ejus imperio non subjugata, ut suprà vidimus de infideli Polemone. Vide dicta num. 59. ex Augustino, tribuente divino muneri infidelium virtutes, licet ipsa hoc nesciant: Ergò cum infideles habitualiter aversi à Deo, indiferentes sint ad opera virtutum relata in Deum ex dono gratiae, vel relata ad ipsa, aut in alium finem pravum ex viribus naturæ: integra subsistit pro nobis sententia illa Augustini: *Virtutes, cum ad se ipsas referuntur, inflatae, & superbae sunt, &c.*

64 Incipit Emeritus numer. 109. stare promisis num. 22. ubi penitentia, & recondita Augustini introspicere sponpondit, ut Norisium evidentiū impugnet, & Bajanos info-, lubiliter convincat. Dicit sic: *Quod demum evincam alio, non etiam vulgari testimonio illius, adeò tamen ni fallor, perspicuo, quod vel ipsos Quesnellistas, quamlibet pertinaces, ad desperandum de ejus patrocinio cogat. Utque evidentiū pateat sensus illius, ipsis palam contrarius, neque uno tantum*

lo-

§. III. Expenduntur objecta novi, &c. 127
„ loco ab Augustino expressus, oportet le- „ quentem præmittere discursum. Condonanda est scriptoris arrogantia, dummodò fidem im- pleat, & Quesnellistas cogat, quantumvis per- tinaces, ad desperandum de Augustini patro- cino. Ut hoc nobis, & Norisio suadeat, non est cur sollicito labore Augustini recondita introspiciat: patens est, nobis saltēn, & omnibus Orthodoxis, P. Augustinum Quesnel- listis non favere, sed adversari.

Discursus ab Emerito præmisus est hic. Si opera impiorum non relata in finem prava, nec in finem charitatis, essent mala, & peccata, essent æternæ pœna digna, & sic mor- talia: sed hoc non indicat Augustinus, sed potius contrarium, ut infra patebit testimo- nijs ejusdem: Ergò falsum est sentire Augu- stinum, opera non relata in Deum, ex hoc præ- cisè esse mala, & peccata. Sequela majoris probatur ab Emerito num. 110. & 111. ubi ex principijs contrariorum suadet, non esse veniale peccatum, sed mortale, opus carens debita relatione in Deum. Primo, quia apud eos est transgressio præcepti referendi in Deum omnia opera nostra. Secundo, non referen- tem constituit plenum nigredine pescatorum. Tertio, ita fruitur utendis, ut in creatura constiuit ultimum finem. Tandem non deiec-

128 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.
tatur re incommutabili, & ideo superba est,
& se pro summo habet. Hæc desumpta sunt
ex P. Augustino lib. 4. contra Jul. capit. 3.
lib. 83. qq. quæst. 30. & epist. 110. Hoc ar-
gumentum præmisum ad testimonia non vul-
garia Augustini, promisa ab Emerito, argu-
mentum vulgare est, & desumptum ex Cardin-
de Aguirre. Quod quidem supra num. 39. à
nobis propositum, & dilucide solutum est. In-
dè patet, nullam nos posse sperare ab Eme-
rito urgente probationem, tam debili ni-
xam fundamento: Nihilominus eam propone-
mus, & expendemus.


65 Num. 112. adducit Emeritus verba
Apost. 1. ad Cor. 3. dicentis: *Si quis autem
superedificat super fundamentum hoc, aurum,
argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, sti-
pulam, uniuscujusque opus quale sit, ignis
probabit. Si cuius opus manserit, quod super-
edificavit, mercedem accipiet. Si cuius opus
arserit, detrimentum patietur: ipse autem sal-
vus erit, sic tamen quasi per ignem.* Prosequi-
tur Emeritus num. 113. dicens: *Hunc tex-
tum ita intelligit S. Augustinus, ut per fun-
damenta voluerit Apost. significare Chris-
tum, & ejus fidem; unde supponitur, fideles
esse edificantes supra illud. Ædificium au-
tem censet esse eorumdem opera: horum*

“quæ

§. III. Expenduntur objæcta novi, &c. 129
“quæ aurum, argentum, & pretiosi lapides
“fuerint; igne probata mædebunt, & operans
“mercedem propter illa accipiet. Quorum au-
“tem opera fuerint ligna, vel fenum, vel sti-
“pula, igne ardebunt & operans tamen salvus
“erit, quamvis non propter prædicta opera.
“Hæc est summa expositionis Augustini, in-
“telligentis per ignem, vel tribulationem
“quandam operantis, vel ignem verbum, aut
“temporaliter purgantem, aut æternum pul-
“nientem. Ita Emeritus. Sed cum hic Apostoli-
lus, & Augustinus loquantur, (fatente Eme-
rito.) de fatis fidelibus, supra Christum, &
ejus fidem edificantibus; isti, & sequentes
Augustini, auctoritates non sunt ad rem &
questionem præsentem de virtutibus infide-
lium. Quidquid sit, expenda nus oportet nisi
non vulgaria Augustini testimonia, ab Emeri-
to promisa, à nobisque jam, diu, & solite
expectata.

Primum adducitur ab Emerito in
mer. 115. ubi hæc verba habentur P. Augu-
stini in Enchir. cap. 68. *Ligna quippe, & ce-
num, & stipula, non absurdè accipi possunt
rerum secularium, quamvis licetè concessanum,
tales cupiditates, ut amitti sine animi dolore
non possint.* Reponit Emeritus, exultans qua-
si de triunfato, devictoque Quæstellio, dicens:

I



430 De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.

„ Hic advertat Quesnellista, cupiditates rerum mundi licetē concessarum, minimē, vel eo nomine pravae. Nos Quesnelistas sincerius monebimus, non advertant Emeriti probations, sed damnationem Pontificiam. Si enim cupiditates istae rerum mundi nec vel nomine sunt pravae: cur ardebunt juxta Apostolum, & Augustinum, sicut ardebunt stipula, & fenum? Non ardēt igne divina justitiae boni, sed mali: Ergo si cupiditates illae ardebunt igne, eo ipso nomine, & re convincuntur esse pravae, & peccata. Videat Emeritus, qualiter in unicā tantum illatione peccat contra Logicam, & Theologicam veritatem. Audiat interim D. Thomam ad ea Apost. verba dicentem: Tertio modo quis, licet in his finem non constituat, velle propter ista contra Deum facere; afficitur tamen istis magis quam debet, ita quod penitentia retardatur ab his, quae Dei sunt, quod est peccare venialiter: Quod propriè est edificare lignum, fenum, stipulam. Vides, eas cupiditates esse peccata venialia juxta D. Thomam, cum Augustino explicantem Apostolum: an ille vult Emeritus, peccata venialia, nec vel nomine esse pravae?

66 Num. 116. iterum adducitur Augustinus lib. 21. de Civit. Dei cap. 26. dicens: Vide in Apostoli verbis hominem edifi-

§. III. Expenduntur objecta novi, &c. 131
cantem super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos. Qui sine uxore est, inquit, cogitat quae sunt Dei, quomodo placeat Deo. Vide aliam edificantem ligna, fenum, stipulam: Qui autem matrimonio junctus est, inquit, cogitat, quae sunt mundi, quomodo placeat uxori. Reponit Emeritus: Scilicet, eas opera sunt aurum, argentum, quae sunt ex amore Dei, propter Deum, & ut illi placeant. Ea autem ligna sunt, & fenum, quae orta ex amore proprio, & rerum cessatione mundi, quamvis carnali, honesta tamen, & moderata, non habent finem praeter posterum, & praepositum fundamento, quod est Christus. Ita Emeritus: sed ab eo querimus, cur talia ardebunt, si honesta sunt, & moderata? An ne est honestum, moderatum, & virtuosum, hominem cogitare quae sunt mundi, & quomodo placeat uxori? Si enim haec honesta essent, & virtuosa; frustra adducerentur ab Apostolo, ut retraheret a connubio, & suaderet vitam celibem.

Mirabilis est, Emeritum iterum adducere Augustinum in confirmationem suæ glossæ dicentem: Potest ergo & iste habere in fundamento Christianum: si enim nihil ei talis affectionis, voluptatisque præponat, quamvis superedificet ligna, fenum, stipulam; Christus

132 De Virtutibus infidelium admentem, &c.
est fundamentum, propter hoc salvus erit per
ignem. Delicias quippe hujusmodi, amoresque
terrenos, propter conjugalem quippe copulam
non damnabiles, tribulationis ignis exuret.
Hinc statim infert Emeritus num. 117. doctrinam
istam Augustini demonstrare, quam aliena
fuerit mens illius à superiori ei per Norisium
adscripta; quamque adversa sit consequenter
thesibus damnatis Baij, Jansenij, & Ques-
nellijs. At melius inferret, se infeliciter asse-
cutum Augustini mentem, in allegato textu
adeò perspicuam, ut licet cupiditates illas
conjugatorum dicat Augustinus non damnabi-
les igne æterno; temporali tamen in Purga-
torio, & in hac vita tribulationis igne exu-
rendas decernat, cum Apostolo ibidem dicen-
te: *Tribulationem tamen æternis habebunt hujus-
modi.* Si ergo cupiditates illæ exuruntur igne:
Ergo honestæ non sunt, moderatae, & virtuo-
sa; sed re ipsa peccata venialia, quæ nisi in-
terveniret conjugium maritale, essent gravia,
& mortalia.

67 Ut autem videat Lector, Emeritum
in toto præcedenti argumento, vel negare pec-
cata venialia, vel ipsa peccata asserere bona
moraliter, virtuosa, & digna mercedis tem-
poralis; quæ quidem abhorrent aures audire
a yiro religioso, Theologo, & dogmatico

§.III. Expenduntur objecta novi, &c. 133
legat scripta ab ipso numer. 119. ubi dicitur:
, Alia sunt opera superedificata super funda-
, mentum Christus, quæ sunt ligna, fenum,
, stipula, id est amores carnales, seu cupidita-
, tes alioqui honestæ, & rerum licetè concessa-
, rum, & quibus operans sibi, uxori, aut alijs
, licetè placere cupit; non tamen ita, ut hæc
, objecta præponat Christo, scilicet non sic
, illa amat, ut in eis suum ultimum finem
, quarat, aut ponat, &c. Prosequitur nu-
, mer. 120. Quia tamen defectus iste purè
, negativus est, dum præfata opera non sunt
, positivè deordinata, seu relata ad creatu-
, ram præpositam Deo; idcirco quamvis lig-
, na, & stipula sint, id est sterilia ad salutem;
, non propterea sunt eo ipso mala, neque ob-
, illa damnabitur operans, qui cum eis sal-
, vas erit: quod perinde est, ac *prædicta ope-
ra esse bona moraliter*, quamvis non perfec-
, ta simpliciter; *esse digna mercedis tempora-
lis*, quamvis non æternæ; virtutesque, quæ
, sunt illorum principia, *non esse vitia*, quam-
, vis quia carent tendentia ad summum bo-
, num, non etiam sunt dignæ, ut veræ vir-
, tutes dicantur. Ita Emeritus ad verbum.

Observemus primò, amores carnales,
& cupiditates, quæ ab Apostolo, & Augusti-
no dicuntur stipula, & fenum, ideoque sunt

134 *De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.*
peccata venialia juxta eosdem, ut vidimus ex
D. Thoma; alioquin igne divinæ justitiae non
arderent, & exurerentur: ab Emerito tamen
dicuntur opera bona moraliter; rursum digna
mercedis temporalis; & tandem quod proce-
dunt à virtutibus, cum tamen virtus sit: *Bo-
na qualitas mentis, qua nemo male utitur.* An
ne qui peccat venialiter, bene moraliter ope-
ratur? An etiam qui peccat venialiter, dignus
est apud Deum mercede temporali? An tan-
dém qui peccat venialiter, agit per qualita-
tem bonam mentis, qua nemo male utitur?
Ergò dum Emeritus ligna, fenum, & stipu-
lam asserit esse opera bona moraliter, & dig-
na mercedis temporalis; plenè, & planè ne-
gat peccata venialia. Rursus observandum in
confirmationem observationis primæ, quod lig-
na, & stipula, cum quibus juxta Apostolum
edificans salvus erit; juxta Emeritum *perinde
est*, ac *predicta opera esse bona moraliter, esse
digna mercedis temporalis, virtutesque, quæ
sunt iutorum principia, non esse vitia.* Cum
ergo juxta Apostolum, Augustinum, & D. Tho-
mam. stipula, & fenum sint peccata venia-
lia; hæc peccata venialia juxta Emeritum sunt
opera bona moraliter, digna mercedis tem-
poralis, &c. & esse peccatum veniale, *perinde
est*, ac *esse opus bonum morale, & dignum*

tem-

§. III. Expenduntur objecta novi, &c. 135
temporali præmio. Non est cur immoremur,
in ponderando tanto absurdo.

68 Rem plenè contra Quesnelliastas se
confecisse censens Emeritus ex allegatis Au-
gustini testimonijs, sic colligit numer. 121.
„Qui tam significanter suam mentem expri-
mit, quam perspicuè nostram, & veram con-
firmat doctrinam, atque adversam Quesnel-
lij oppugnat; ut audacter dicam, neminem,
qui hæc legat, quamlibet percipiat, si vel tan-
tum compos rationis sit, posse de illius
sententia dubitare. Ita audacter Emeritus: sed
quid dicent Quesnelliastæ pertinaces? Eos mi-
nimè audiamus, donec resipiscant, & debi-
tam præstent Ecclesiæ obedientiam. Audiamus
tantum compotes, quos Emeritus
compellavit, & optavit judices. Dicent sanè,
doctrinam Augustini taliter ab Emerito expo-
nente turbari, & inverti, ut quæ Augustinus
vitiosa dixit, & venialia peccata; virtuosa ab
Emerito dicantur, bona moraliter, & honesta.
Inducent ipsimet rationis compotes Au-
gustinum in Enchir. cap. 68. dicentem: *Per
ignem quemdam purgatorium, quanto magis
minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tar-
dius, citiusque salvati.* En effectus earum cu-
piditatum, quæ vitiosæ sunt apud Augus-
tinum, licet venialiter: retardant quidem ab

I 4

ingressu Cœlorum tantò magis, aut minus, quanto magis, minusve perennis dilexerunt. si in codem errore, evachante peccata venialia, persistit Emeritus a num. 129. uique ad 129. ubi contendit illum probare sequentibus Augustini verbis lib. 21. de Civit. Dei cap. 26. ubi ait: *Si quis itaque Christianus diligit me retricem, eique adhaerens unum corpus efficitur; jam in fundamento non habet Christum. Si quis, autem diligit uxorem suam, si secundum Christum, quis ei dubitet in fundamento esse Christum? Si verò secundum hoc sæculum, si carnaliter, si in morbo concupiscentiarum, sicut Gentes, quæ ignorant Deum; etiam hoc secundum veniam concedit Apostolus, imò per Apostolum Christus... Si enim nihil ei talis affectus, voluptatisque præponat. Hiac numer. 130., infert Emeritus non esse malas, & damnabiles in Christianis cas cupiditates, quas Augustinus non reprobatur in Gentilibus: quia licet non sint secundum Christum, id est quamvis eas non referat ad Deum, hoc enim est diligere secundum Christum; hæc pura relationis carentia non facit, quod Christus postponatur. In hoc Emeriti discursu appetit doctrina Augustini plenè inversa, & depravata. Contendit Emeritus, quod diligere uxorem secundum hoc sæculum, diligere carnaliter, & in*

mor-

morbo concupiscentiarum, sicut Gentes, quæ ignorant Deum, sit opus virtuosum, moraliter bonum, & honestum: quo nihil absurdius. Contentit Augustinum in Gentibus non reprobare has cupiditates: quo nihil falsius. Contendit tandem cupiditates illas non esse damnabiles: & hoc est hereticum, & contra Apostolam, assertentem eas concedi secundum veniam. Si veniam conceditur à Christo: ergo talia peccata sunt, licet venialia in conjugatis. Omne enim malum est damnabile: non præcisè pœna æterna, sed vel æterna, vel temporali juxta qualitatem culpæ. Cupiditates ille in uxoratis sunt peccata venialia, in solutis inortalia.

69 Audiatar iterum Emeritus num. 132. ubi negans peccata venialia, contendit etiam hoc suadere ratione, qua probatur neminem fidelem posse peccare venaliter: quod quidem magis absurdum est, & error peior priore. Dicit sic Augustinum exponens: *Qui ergo in cupiditate rei illicitæ, & prohibitæ, tantum volunt habere rationem finis præpositi, & postpositi, ut exinde malitiam operis pensandam censeat; profecto in cupiditate rei licitæ, & concessæ, nullam agnoscit malitiam, dummodo tantum illa non præponatur Christo. Ecce in illis cupiditatibus morbosæ, & carnis concupiscentiæ, si per illas non postponitur Christi*

¶ 38 *De Virtutibus infidelium ad mentem*, Or. 138, nullam Emeritus agnoscit malitiam; Et hoc censet de mente Augustini: ergò nec cupiditates illæ sunt peccata venialia; aut peccata venialia nullam habent malitiam; vel tandem nulla est malitia, aut peccatum, nisi mortale, quo Christus postponitur.

Transeamus ad alterum de potentia peccandi venialiter in homine fidei. Dicit sic Emeritus in eodem numero: *Sed si ille Christianus sit* (nempè uxorem diligens in morbo concupiscentiarum) *ad huc in fundamento habet Christum, supra quem nihil malum, nihil nisi bonum, sive sit charitate valoratum, ut aurum; sive sit sterile ut lignum, sed quidem honestum adificari potest.* Ita Emeritus decretoriè. Sed cum peccatum veniale non sit bonum, sed malum; non poterit patrari ab homine Christiano, habente Christum in fundamento. Hoc consequens erroneum est: sed infertur legitimè ex discursu Emeriti. Discursus ille vanissimus est, & ne probet impotentiam peccandi venialiter in homine fidei, solvitur hoc unico verbo: *Suprà Christum positivè nihil malum, adhuc veniale potest adificari;* quia fides non influit in peccata adhuc venialia. Possunt tamen suprà Christum permisivè venialia adificari: quia fides, & charitas Christi compatiuntur cum venialibus, quæ non destruunt Christum fun-

g. III. Expenduntur objecta novi, Or. 139
fundamentum. Sic dicitur de habitu charitatis, & de reliquis virtutibus, quibus viatores libere operamur, non influere in carentiam liberae actuum; sed permisivè se habere ad illam, ut sic constituant libertatem ad actus virtutum,

Ab errore isto hucusque deprehenso, incipit emergere noster Emeritus num. 134. ubi „de Augustino dicit: Secundò, verba Pauli ita „exponit, ut sit illorum sensus, quod cum in „amore istarum rerum, maximè allicientium „corda hominum, non raro inveniatur aliquis „excessus, seu nonnulla adhæsio ijs delectabilis, libus objectis, undè eorumdem cupiditates „non omnino evadunt honestæ, vel immunes „ab omni noxa, scilicet veniali: idcirco ea „opera arsura dicit Apostolus, nempe igne „purgatorio probanda, & excoquenda, per „quem operans *salvus erit*. Hic fatetur Emeritus Catholicam veritatem de veniali culpa, quæ invenitur in eis cupiditatibus: at sic violenter, ut non omnino recedat à præcedenti errore honestatis prætensiæ. Ob id dicit de talibus cupiditatibus, *non omnino evadunt honestæ*: ergò tenet eas esse aliqualiter honestas, ut sic subsistat præcedens assertum de virtuositate, bonitate, & honestate morali earum cupiditatum, quas Augustinus reprehendit in Gentilius

70 *De Virtutibus infidelium ad mentem, &c.*
etiam, quæ ignorant Deum. Et quasi Emeritum pœnituerit, quod cupiditates illas venialia peccata dixerit, numerum concludit, dicens de mente Augustini: *Non igitur censet hujusmodi opera, hoc tantum quia sunt non relata ad Deum, esse perverse ordinata, aut fieri mala adhuc venialiter.* Si hoc consequens intelligitur ab solutè negans, eas cupiditates malas esse adhuc venialiter; est consequens falsum, & hæreticum: nam cum tales juxta Apostolum sint arsuræ, & nihil bonum ardeat igne Divinæ justitiae, sed solum peccatum; hæreticum est ab solutè asserere, eas cupiditates arsuras non esse peccata venialia. Si tamen consequens intelligitur vi præcisè non relationis in Deum; hæreticum non est, sed falsum, nec ab Emerito hucusque probatum.

70 Nihilominus, quasi jam præcedentibus argumentis sententiam suam demonstraverit Emeritus, sibi gratulatur num. 135. ubi dicitur: *Miror, quod tam insignis locus nec Cardinali Norisio, neque alijs Augustini sensum, in re ista indagantibus occurrerit; quo nimirum accuratè ponderato, aut aliter de ejus sententia judicarent, aut saltèm non tam confidenter illi attribuerint, quam Novatores ut suis damnatis erroribus faventem, gratantè apprebendunt.* Hæc Emeritus sibi blandiens,

nec

§. III. Expenduntur objecta novi, &c. 141
nec tam solida, & sancta lætitia, quam mulier Evangelica, convocans amicas, & vicinas, ut ipsi congratularentur de inventa amisa dragma. Quid ergo dicemus ad hæc? Locus quidem insignis est, quia S. Pauli, & quoniam adducitur pro eo verissima expositio Augustini. Sed non occurrit Norisio, & alijs, mentem Augustini in re ista indagantibus; quia locus ille, & ejus expositio non iunt ad rem præteritam. Indagatores enim Augustinianæ mentis, propria allegant singulis quæstionibus: cuinque textus S. Pauli, & expositio P. Augustini, nihil conferant ad quæstionem de virtutibus infidelium, ut monuimus numer. 60. ideo quantumcumque occurrerit Norisio, & alijs, ab eis non allegatur. Observa etiam hanc Emeriti illationem: *Locus ille à Norisio, & alijs non adducitur, in præsenti: Ergo ipsis non occurrit.* Melius, veriusque inferimus: ergo locus ille non est ad rem; alioquin non esset præternatus à tam eximijs mentis Augustinianæ indagatoribus.

Admittamus tamen, locum hunc insignem, ab oculatissimo Emerito nostro feliciter inventum, conducere ad quæstionem præsentem; si quid eo comprobatur, unice est assertum Norisianum. Ut hoc patefiat, supponendum est, Norisium, & Emeritum in hoc convenire, quod

Ambo fatentur medium inter opera positivè ordinata in Deum, & opera positivè ordioata in finem pravum: hoc medium est opus nec relatum in Deum, nec relatum in finem pravum. De hoc medio est quæstion Emeriti cum Norisio. Affirmat Noris, medium illud esse moraliter vitiosum, & saltē venialiter peccatum. Negat Emeritus esse peccatum adhuc veniale, ut habet expreſſe num. 134. contendens medium illud esse bonum moraliter, & dignum terribus ratione mercedis temporalis. Pro hac lite decidenda adducitur textus Apostoli cum expositione Augustini, ubi dicitur, medium illud esse lignum, fœnum, & stipulam, quæ arsura sunt igne purgante; operans tamen non damnabitur æternum, sed salvis erit, licet retardetur ab ingressu Cœlorum, magis vel minus, juxta maiorem, vel minorem dilectionem boni pereuntis. Ex hoc loco insigni diversas, & extremē oppositas, Norisius, & Emeritus deducunt consequencias.

Norisius sic. Medium illud juxta Apostolum, & Augustinum est fœnum, & stipula, quæ ardebunt igne purgante: at nihil ardet, nisi sit peccatum, & vitiosum saltē venialiter: ergo medium illud vitiosum est, & peccatum saltē veniale. Consequentia est legitima: major expressa in Apostolo, & Augustino: & minor.

cer-

§. III. Expenduntur objecta novi, Or. 143 certissima eis testimonijs, quibus contra Hæreticos probatut Purgatorium, & quod non omnia peccata sunt mortalia, sed quædam venialia, quorum effectus est tantum retardare ab ingressu Cœlorum. Emeritus autem sillogizat sic. Medium illud non relatum in Deum, nec in finem pravum, est juxta Apostolum, & Augustinum, lignum, fœnum, & stipula, quæ ardebunt igne purgante: sed hæc arsura, sunt bona moraliter, & digna mercedis temporalis, nec sunt peccata adhuc venialia: ergo medium illud juxta Apostolum, & Augustinum, est bonum moraliter, honestum, & virtuosum, & nec venialiter peccatum. Consequentia tenet: major est verissima, sed minor falsa, & hæretica, si teneant reflexiones à nobis factæ in antecedentibus. Tenendum est ergo locum hunc insignem, vel non esse ad rem de qua Emeritus cum Norisio; vel convincere assertum Norisiantum.

¶ 71 Persistit tamen Emeritus, in suadendo asserto suo num. 140. adducens integram expositionem D. Thomæ lect. 2. supra cap. 3. epist. 1. ad Cor. ubi hæc habet S. Doctor: *in hoc adiicio nihil edificatur nisi vivum: unde qui cum fide babet peccata mortalia, non superedificat, sed magis destruit... Oportet ergo intelligere, quod tam ille, qui superedificat fundamentum aurum, argentum, lapides*

preciosos, quam etiam ille, qui superaedificat lignum, fenum, stipulam, vites peccata. Intellige mortalia, quæ sola destruunt fundatum. Et omisis nunc, quæ S. D. adducit pro ædificatione auri, argenti, &c. dicit sic pro alijs: Superaedificare vero lignum, fenum, & stipulam, est superaddere fidei fundamento ea, quæ pertinent ad dispositionem humanaarum rerum, & ad onera carnis, & ad exteriores gloriam. Hæc autem opera docet posse tripliciter ab homine intendi: Uno modo ita, quod in his finem constituat: & cum hoc sit peccatum mortale, per hunc modum non superaedificat, sed è converso aliud fundamentum collocat. Nam finis est fundamentum in rebus appetibiliis, quæ queruntur propter finem. Alio modo aliquis intendit uti predictis rebus, totaliter ordinans eas in Dei gloriam: & quia opera specificantur ex fine intento, hoc jam non erit ædificare lignum, fenum, & stipulam, sed aurum, argentum, & lapides preciosos.

Audi nunc quid dicat D. Thomas de tertio illo medio, de quo contendit Emeritus cum Norisio. Dicit sic: Tertio modo aliquis licet in his finem non constituat, nec vellat propter ista contra Deum facere; afficitur tamen iustis magis quam deberet, ita quod pen-

72. Exemplum in objecto novi, q. 1. 145
hoc retardatur ab his, quæ Dei sunt, quod est peccare venialiter. O hoc proprio est ædificare lignum, fenum, stipulam. Ecce minor sillogismi Norisiani, & contradictorium minoris sillogismi dati pro Emerito. Nihilominus num. 143. post verba ista D. Thoma, quæ profice allegat Emeritus, dicit: Et itaque opera, quæ non sunt peccata, neque destruant fundamentum. Fatetur cum D. Thoma, & velitate, opera talia non destruere fundamentum; alioquin essent mortalia. Negamus tamen non esse absolute peccata de mente D. Thoma: quia S. D. expressè assicerit, operante in peccare venialiter; & peccata venialia peccata sunt. Nisi velit Emeritus omnia peccata esse mortalia, quod in Luthero damnatum est, & in Bajo, alijsque Novatoribus.

Ex dictis in discussione. Reflexionis vindicis, ubi non alium ostendimus servavimus, quam traditum ab Emerito; cuius doctrinam oportebat expendere, ut Cardinali Norisio, et si non à calunniosis, ab arguimenteris saltē possimus vindicare: plura deducuntur, quæ quidem quasi digito demonstrabimus; numeros assignantes presentis Reflexionis.

Primo colliges, Norisij doctrinam tūtissimam esse, & longissime distare ab errori

146 De Virtutibus infidelium ad mentem, Or.
bus Baij, & Quesnelli in praesenti materia. Ho-
rum Novatorum error non consistit in eo, quod
exigant ad virtutes morales relationem in Deum,
verum ultimum finem; sed in eo, quod pro
tali relatione dicunt necessariam esse perfectam
charitatem supernaturalem, & infusam: qua
cum non sit in peccatore, & multò minus
in infidelibus, nullam in eis agnoscent actionem
moraliter honestam, sed omnes vicio-
sas, & peccata, dicunt; immo & in infideli-
bus, & impijs timentur impotentiam antece-
denter bene moraliter operandi. Vide à nobis
dicta numer. 56. At Norisius pro referentia
dis virtutum officijs in Deum finem ultimum
non exigit charitatem infusam, nec supernatu-
ralem, sed naturalem, & acquisitam, ut
videbis numer. 29. Cumque charitas naturalis
sic, vel possit esse in quacumque creatura
rationali, sive impijs, sive infidei: nulla est;
qua non possit juxta Norisium habere virtu-
tes morales, et si dependenter à speciali adju-
torio Dei, ne virtutum officia vitentur immi-
nente philaustia. Vide à nobis dicta toto §. 2.
ubi mentem ejus exposuimus.

Colliges secundò, Norisium nostrum
injustissime ab Emerito traduci cum Novato-
ribus involutum. Licet enim conviciant in
exigenda relatione in Deum pro xcris officijs

§. III. Expendantur objecta nocti, Or. 147
virtutum; Non propter hoc Novatores ab Eccl
esiis proscripti sunt, & ille tantum Hare-
ticus censendus est, qui cum Hareticis con-
venit in errore ab Ecclesia damnato. Dam-
natur Novatores, ut dictum est, propter
charitatem infusam, ab eis exactam ad offi-
cia virtutum moralium: at de hoc nec ullum
verbam invenitur in Norisio, impè expresse
oppositum, ut constat ex dictis num. 29. erit
gō injustissime Norisius involvitur cum No-
vatoribus. Si tamen inconsulto excidisset No-
risio aliquod verbum, quod tali faveret er-
roris, debuissest Emeritus Cardinalem Eccle-
sie probatum benignè explicare, & à Novato-
ribus removere, ut nemo n. dictum est. At
longe fuit ab hac debita charitati legi, qui
Norisium longè dissidit à Novatoribus, &
in tuto possum; nullum intactum reliquit la-
pidem, ut renuentem adhuc traheret ad No-
vatores, & perderet involutum.

Colliges tertio, gratis, ni dicam etiam
audacissime, Norisium carpi ab Emerito nos-
tro, tamquam infeliciem Augustini interpre-
tem, qui Augustino adscripsit errorem Baij
damnatum, & pro hoc dissimulavit à se visa
Augustini testimonia. Vide dicta numer. 11.
Constat enim ex toto scripto isto brevissi-
mo, non aliam fuisse Augustini doctrinam,

¶ 48 De Viris utib[us] i[n] fidelium admentent. Cfr.
quādā Norisio traditam; quāc quidem prov-
batut etiam eis testimonij Augustini, d[icit] quō
ram ad inventionē Emeritus gloriatorum venia-
mē, ut videtis nūm. 67. de 170379 nūm. 20
rāgo. Colliges quartō quod Emeritus Nori-
sium despiciens, veluti infeliciter Augustini
interpretē, & non tam vindicem S. Patris,
quām iniquum impostorem: dum novas ex-
ponendi vias agreditur, adeo infelicitē in-
cedit, ut in variis errores, veluti in focas
cedat. Vide dicta numer. 157. ubi no-
va exposicio Augustini tradita ab Emerito, s[ed]
vet. Bajanis, & immunes conyincit hec
damnaos & errores. Quid animorū? Tota
q[ui] 3. invenies novum istum Augustini, inter-
pretē erroribus implicatum. Eos posse rei
censebimus, ut si miscripti, quod a salu-
nīs Emeriti in Norisium incepit, Emeriti criti-
cates recenscat. scilicet inveniuntur tu, mobiq

Colliges quintō nullum esse in Emeri-
ti scriptō argumentum alicuius momenti,
quod vel leviter saltēm tangat doctrinā Nori-
sij. Omnes enim Emeriti probations sup-
ponunt, Norisium tenuisse pro veris virtu-
tum officijs necessariam relationē in Deum
per infusam charitatem. quimque hoc insuffla-
sum suppositum; Emeriti argumenta exane-
cant, nec vel leviter Norisium attingunt. Sa-

quid

¶ 49 Expenduntur objecta novi, &c. 149
quid autem de pura non relatione in Deum
ab Emerito probatur; Augustini mens sic ab
eo exponitur ut negare peccata venialia esse
peccata deprehendatur, & nullam in Chris-
tianis esse potentiam peccandi venialiter. Vide
dicta a p[ro]p[ter]a. 62. sup. cito. 2. iud. 170379
et 170373. q[uod] inveni. 3. Venio ad errores Emeriti in sola
parte brevissima scripti à nobis expensi. No-
lo in ter seos computare, quod putaverit se
obsequium præstare Deo, & Ecclesie, Car-
dinalem S. R. E., probatum cum Heterodoxis
licet innoxium involvere; non enim oportet
infictum Norisio vulnus toties refricare.

-omodo Erravit primò, sui ponebat ut indubij
tatum, controversiam Augustini cum Juliano
fuisse de virtutibus fructuosis, conductentibus
ad vitam aeternam; & quod Hareticus non
steriles, sed fructuosas tenuit ex viribus tantum
naturæ nostre. Error iste Capitalis est, & plus
rium aliorum sequela circa mentem Augus-
tini indagandam; nam si quis ignoret, de quo
fuic Augustini controversia cum Hareticis, non
poterit ejusdem doctrinam, menteque per-
cipere. Vide dicta num. 41.

Erravit secundò, exponendo Juliani
errorem taliter, ut tria eju[m]dem asserta pos-
sint à quolibet impunē, & Catholice defendi.
Vide dicta numer. 45. Huic errori alterum

830 *Dē Virtutibas infideliū ad mentem, ut.*
adjunge de tribus assertis ab Augustino contra
jordanum propugnatis: nam primum ex tribus
non est Augustini, ut ostendimus num. 46.
Erravit tertio, & multipliciter errauit,
asserens solas esse virtutes veras, solas
ex dono Dei, & gratia, quae charitate for-
mantur. Inde sequitur, penitentiam peccatoris
se disponentis ad iustificationem, non esse ver-
tam virtutem. Sequitur, quod actus inten-
tus peccatoris, se disponentis ad iustifica-
tionem, non sunt dona Dei, nec sunt ex divino
actu. Vide hęc, & alia mult. 47.

Erravit quartò, & est lequa la prae-
dictis erroris, docens continentiam Polemo-
nis, & generaliter salia in Gentilibus laudata
virtutum officia, non fuisse ex dono Dei, nec
veras virtutes, quia in eis non fuerunt cha-
ritate formatae. Hoc fuit Bajanum assertum
damnatum; sed arguento suo probatus ab
Emerito, ut videbis num. 49.

Erravit quinto, non distinguens sen-
tentiam Scholasticorum, exigentium relatio-
nem virtutum in Deo, vel per charitatem
naturalem, vel per supernaturalem inchoa-
tan, & imperfectam; ab errore Quesnellij,
& Bajanorum damnato, exigente relatio-
nem virtutum in fine ultimam charitatis per
perfectam, & infusam charitatem. Vide dicta nu-
mer. 51.

Erra-

9.III. *Expenduntur objecta novi, Oct. 151*
Erravit sexto, nullum in creaturis agnoscens
amorem Dei, qui non sit perfecta, & infusa
charitatis. Assertum hoc in Quesnello, & Bajo
damnatum est; sed colligitur ex doctrina Emeri-
ti, ut videbis num. 53.

Erravit septimo, contendens de mensa
Augustini, opera facta propter inanem
gloriam, non esse peccata. Vide dicta nu-
mer. 57. Ibi vide, qualiter de eis operibus
dixit Augustinus quodammodo inanescere: &
qualiter erravit Emeritus exponens illud quo-
dammodo.

Erravit octavo, contendens de mente
Apostoli, & Augustini, cupiditates cariales
conjugiorum fidelium, quae non sunt secun-
dum Christum, sed secundum saeculum, &
morbosam concupiscentiam, non esse peccata
saltē venialia, sed opera bona moraliter, vir-
tuosa, & digna mercedis temporalis. Vide
dicta à num. 64. Ibi evanitat Emeritus pecca-
ta venialia, imo & in Christianis potentiam
peccandi venialiter. Vide num. 66.

Hęc omnia, cum incredibile sit, dic-
tata à Viro pio, religioso, & docto, qualem
Emeritum esse notissimum cunctis est, & ta-
lem fateor, & veneror: crediderim ea suppo-
sititia esse, & ipso inscio, malignantè inter-
mixta, ut tantus Doctor de re litteraria,



152 *De Virtutibus infidelium ad mentem C. c.*
imò & de Ecclesia benemeritus, male audiret
apud cordatos. Hinc à me dicta in hac Re-
flexione, procul sint à tanto, & multis titulis
mihi venerando Magistro; quem nec Norisius
umquam lexit, & fortassis, nec nominatí um-
quam audivit. Intelligantur velim unice con-
tra Norisianum impugnatorem, qui tanti Eme-
riti non sine elemento, & furtivè sublato, me
non tantum, sed plures alios politioris, & di-
cotoris venæ, pro defensione Norisij provoca-
vit. Mea tandem faciam verba illa peranti-
qui, & eruditii Scriptoris Vincentij in Com-
monitorio: *Nolo pro auro plumbum, aut gra-
mentam supponas; nolo auri spectem,*
sed naturam planè, nō Timothee,
o Sacerdos, o Tractator, o
Doctor.

FINIS.

